



~~AM. 13.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-51. ———
SIGNAT. MDCCCXIII.



18.
16

σὺν τῷ Θεῷ.

Pia & placida Dissertatio
de

**PERSEVERANTIA
ELECTORUM INTERCISA**

PER PECCATA LETHALIA, OB
quæ gratiâ divinâ, fide justificante, & Ju-
stificationis statu excidunt, totali-
ter sed non finaliter.

Quam Summi Numinis adspirante gratiâ

SUB PRÆSIDIO

ANDRÆ HORVATH
Gymnasii Cassovien. Rectoris

Defendere conabitur.

MELCHEOR GÜRINI
Vidernensis, Gymnasii ejusdem
Alumnus.

Ad diem Martij horis antemeridianis.

habr II. 720





ILLUSTRISSIMO (*Psal. 31. v. 17. Matth. 17. 2.*) P O-
TENTISSIMO (*Matth. 28. 18.*) PRINCIPI (*Esa. 9. 6.*)
DOMINO DOMINO JESU (*Matth. 1. 21.*) CHRI-
STO (*Luc. 2. 11.*) DEO BENEDICTO IN SECU-
LA (*Rom. 9. 5.*) JEHOVÆ (*Esa. 40. 10.*) FILIO AL-
TISSIMI (*Luc. 2. 32.*) AC HOMINI (*1 Tim. 2. 5.*) FI-
LIO MARIÆ VIRGINIS (*Matth. 1. 16.*) IMMA-
NUELI (*Esa. 7. 14.*) IMPERATORI (*Matth. 8. 20.*)
REGI IN SION (*Psal. 2. 6.*) DUCI IN BETHLE-
HEM (*Matth. 2. 6.*) PRINCIPI REGUM TERRÆ
(*Apoc. 1. 5.*) PONTIFICI SUMMO (*Heb. 9. 11.*) & SA-
CERDOTI in seculum (*Psal. 110. 9.*) SANCTISSI-
MO (*Num. 6.*) PROPHETÆ (*Joh. 6. 14.*) POTEN-
TI OPERE & SERMONE coram DEO & omni po-
pulo (*Luc. 24. 19.*) PASTORI BONO (*Joh. 10. v. 11.*)
SALVATORI POPULI SUI (*Matth. 1. v. 21.*) RE-
DEMPTORI HUMANI GENERIS (*Act. 7. v. 35.*)
MEDIATORI inter DEUM & HOMINES (*1. Tim:*
2. v. 5.) JUDICI VIVORUM & MORTUO-
RUM (*Act. 10. 42.*) DOMINO LON-
GANIMO & MISERICORDIS-
SIMO *Psal. 103. v. 8. &c.*

Summam subjectionem humilimus offert Clientus.

Hanc ego Tibi Disputationem, Potentissime
Iverè Monarcha, quem totus Martyrum & Angelorum cho-
rus, universusq; terrarum orbis supplici mente veneratur, in argu-
mentum subjectionis atq; gratitudinis, quam Creatura Creatori
suo præstare debet, potestq; strenæ loco offerre volui: Ast quid
me strenæ loco offerre dixi? Tuum est & tanquam Tuum Tibi da-
re, non offerre debui. Non aliud quàm Scripturam Sacram,
quæ sacrosanctissimæ Tuæ voluntatis index est, quam etiam no-
strarum actionum, fideiq; mysteriorum regulam esse voluisti, in
ardua hac materia sequi sum annisus. Si secus factum & à Tuâ
sanctissimâ voluntate quidpiam aberratum, corrigi, impensè cu-
pio. Nec id tuum, sed meum esse volo. Tuum quod est, ma-
ximoperè approbo, meum quod est, summoperè improbo. Tu-
um ut approbem, meum quod est improbem, meam mentem di-
vinâ & illustriore luce perfunde. Majora ut moliri possim, si me
diutius superstitem & incolumitate ornatum, absq; quâ, ad offi-
cia nostris humeris imposita, actionesq; tuas ritè obeundas, mi-
nus idonei reddimur, volueris, cœleste illud nectar, quo divinæ
mentes inebriantur, hâc in miserâ mortalitate, quantum Tibi pla-
cuerit, instilla. Monarcha es, cujus vexillo nomen dedi, insul-
tus hæreticorum & malevolorum propulsa. Tenebriones, qui
in lucem prodire recusant, & quibus calumniandi studium non
deest, si converti & vinculo fidei & charitatis Tibi colligari no-
lunt, confunde, meq; sufficientibus donis ad os eis obturandum
instrue. Nil quippe sine Te facere valen us. Nî Tu dederis,
quod strenæ loco supplices Te exoramus, actum nobiscum erit.
Ne proinde miserum tuum famulum relinquant, Veni, mihiq; mi-
sero succurras. Iam tandem voti sui Clientem Tuum, si non est
contra Tuam sanctissimam voluntatem, compotem redde. Per
hoc inter coetera à Monarchis mundanis discriminatis, quæd Mo-
narcha isti, non dona fortunarum suarum (si tamen dona dicen-
da

enda sunt) sed ex bonis subditorum suorum profecta, acceptent:
Non Tua Majestas, nullius rei indigna, hoc permittit. Nil Tibi
gratum, nisi quod Tuum est, offeratur. Aliena Tibi abomina-
tioni sunt. Quocirca.

*Totus qui es dulcis Jesu dulcissime, dulci
Dulcior es somno, dulcior atq; favo.
Totus qui es dulcis, dulcedine dulcior omni
Quam vel Olympus habet, vel vaga terra tegit.*

Oro supplex:

*Sis meus in vitâ, felix ô vita tuorum!
Sis meus in mediâ Christe benigne necesse.*

Sic ego Tibi quod Tuum est, grato vultu & pectore & in
vitâ & in morte offeram. Amen Jesu Amen.

L. B. S.

Noluit DEUS ut homo intellectu & voluntate praeeditus, ab sq̄ notitia
& cognitionis Articulorum fidei interventu ad aeternam beatitudi-
nem, postquam etiam ab eadem, ob peccatum eundem excluderet, traduce-
retur. Hominem hoc bono ad sui similitudinem condidit, ut summam beati-
tudine & aeternam felicitate, cuius bruta, tanquam rationis expertia, mini-
me sunt capacia, ob hoc etiam nulla ab iisdem noticia requiritur, fruatur.
Voluit etiam cum homine, ut Creatura intellectus compoti convenit, pro-
pter quem proximè cum Angelis ad DEUM accedit, agere. Tales Arti-
culi, quorum cognitio ex parte Intellectus maximè est necessaria, sunt Prin-
cipales & Cardinales. Cognitionem eorundem, quiq̄ homines, qui in an-
nos, discretionis venerunt, & usu rationis pollent, dum animum discendi
cupidum, sine praconceptis opinionibus, ad Scripturae Sacrae lectionem affe-
runt, ex eadem habere possunt. Cum quibusdam in Scriptura Sacra ita
est comparatum, ut si ea non negentur, eorum ignorantia hominem fidelem
salute non prohibet vel privat. Mystera tamen, inter quae non postre-
mum locum Articulus de Praedestinatione habet, ut ex suggestu palam ho-
minibus annuntiarentur, DEVS non interdixit, quin potius, ut Scriptu-
ras omnes legerent, serio injunxit. Non enim DEVS, aliam in eruditis
& Doctoribus, aliam in rudibus & Auditoribus, fidem per quam salva-
mur, requirit. Per unam eandemq̄ utrosq̄ ad beatitudinem aeternam
servare decrevit. Major quidem peritia & accuratior eruditio, in illis,
quam istis postulatur, non tamen alia fides. Qui novit (inquit Augusti-
gus,) quomodo ista defendat, doctior est, non fidelior, habet fidem, habet
defendendi fidem, alius non habet facultatem & copiam & doctrinam de-
fendendi fidem, sed habet ipsam fidem. Hac ille, Omnium hominum
fons, nullo excepto, Christus in mundum venit, ut omnium esset: Redem-
ptor. Omnibus fidem salvificam, ob quam homo ad beatitudinem serva-
tur dare, si media per quam fides, animis hominum in stillatur, observatu-
ri essent, constituit. Quod autem ad vitam vere felicem, pleriq̄ non
transferantur, vel hinc luculenter apparet, aliquid requiri ex parte homi-
num (liceat cujusdam Doctoris Verba mea facere) per quod eos ad meritum
Chri-

Christi pertingere oporteat, & quò absente nihil eorum participet, presentē
te autem, participēs fiant, à reatu peccatorum solvantur & justificentur.
Et si DEVS pro omnibus Filium suum tradidit (Rom. 8. v. 32) adeoq̄ is ex
intentione Patris pro omnibus mortuus est (2 Cor. 5. 15. 1 Tim. 2 v. 6.) cur
id quod minus est (fidem nimirum salvificam, quam ut merita Christi no-
stra faceremus, DEVS ordinavit) non daret. Sathanas talia, extra Sa-
cram Scripturam docentibus, credat, non Christianus. Diabolus salutis
nostræ hostis, ab Ecclesia statim incunabulis, sua excitabat organa, qua my-
steria impugnarent. Nihil nunc dicam de illis, qui de Prædestinatione
Articulum sibi (quos Veneranda Patrum carities Prædestinatianos voca-
bat) convellendum sumserat. Intueamur nunc diversi generis Adver-
sarios, quos ultima mundi senectâ partim produxit, partim renovavit.
Obijcient sese obtutui nostrorum oculorum, partim Sociniani, partim Ar-
meniani, partim Calviniani, partim alij. Omnium nunc istorum hete-
rodoxiam Disputatione istâ refutare instituti nostri non est, de lapsu Sâ-
ctorum, propter quem excidunt gratia divinâ & statu Iustificationis (quod
ut facerem Michael Iovæus Sacro Sanctæ Theologiæ Doct̄r Scholæ Va-
radiensis Reçtor, qui à Veritatis tramite non parum in Disputatione quam
vocat de perseverantiâ Sanctorum, devia vit, ansam mihi iniecit) hac vi-
ce agere animus est. Injuriam à me fieri Disputationis Authori datâ ope-
rà cavi. An id sim affecutus, alterius intererit me amicè cum ira cohibi-
tione (quandoquidem cum rixarum Studi sis nihil negotij habere volo qui
seipso responso indignos reddunt,) monere. Ego quantum in me erat,
Errantes in Viam Veritatis regiam comiter adducere studui, nec securita-
ti ad peccata contra conscientiam, hominibus in ultima mundi senectâ, ubi
charitas in animis hominum refrixit, Viam adhuc latiore doctrinâ hete-
rodoxâ aperire volui. Studium meum qui improbaturi sunt, ij viderint
quid responsi novissimo Iudici, qui cuncta discutiet, etiam levissima que no-
bis videntur verba, daturi sint. Si Scripturæ Sacræ, que voluntatis di-
vine certissimus est index, credere volumus peccata mortalia Deum sepa-
rare ab hominibus, nec non DEVM homines peccantes lethaliter & contra
conscientiam deserere (ob quod etiam sedulo quemq̄ ab eiusmodi peccatis
cavere

cavere convenit) credemus. Peccata vestra faciunt ut occulte facie à vobis,
ne (antequam poenitentiam de peccatis seriam agatis) exaudiam. Esa. 59. 2.
Poenitentes peccatores Deus exaudit, imò Angeli super peccatore resipiscē-
te singulari latitiā perfundentur. Omnem palmitem (inquit Christus
Ioh. 15. 2. 4. 5. 6. 7. 10.) in se non ferentem fructum tollit, & omnem qui
fert fructum purgat, ut fructum copiosorem afferat. Serio quoq; adhor-
tatur Spiritus Sanctus quosq; fideles, ut cum timore & tremore salutem o-
perentur. Tales enim qui à peccatis mortalibus sibi non cavent, desere-
re consuevit Deus. Qui autem se in gratiā divinā semel, post sui examē,
quale in fideles cadit, deprehenderunt, ansa (quia nullo modo statu Iusti-
ficationis excidere posse, peccando quoq; lethaliter, per doctrinam heterodo-
xam sibi persuadent) ad peccata enormia committenda inicitur. Non
diffitemur Calvinianos cum Scriptura Sacra fugam peccatorum, ut nimi-
rum homines sibi ab operibus carnis caveant, urgere, attamen quantum
hanc concernit doctrinam dum docent hominem jam semel renatum & Iu-
stificatum, utut opera carnis perficiat & enormia scelera patret, non posse
excidere gratia divinā per hoc securitati fenestram aperire, ad flagitia e-
normia ansam inijcere hominibus dicimus. Idem Calvinianis quod istis,
qui unā erigunt manu, alterā destruunt, evenit, Num nos, dum talia
Calvinianorum doctrina ad scriptum eatur, calumnia ijdem poscere possint,
iudicio cujusq; cordati Christiani, qui titulum Christiani reapse non consue-
tudine usurpat, relinquimus. Præcat nobis hac in parte Scriptura Sacra,
& ei potius, quam doctrina quæ securitati Viam latam aperit, credamus.
Non poterunt (Ios. 7. 12.) consistere Filij Israelis ante hostes suos, cervicem
vertent ante hostes suos, quia sunt rei anathematis: non pergam esse vobis-
cum, nisi perdati hoc anathema medio vestri. Quod si (Hos. 9. 12.) e-
ducaverint Filios suos, ita orbabo eos, ut non supersit ullus: quin etiam ve-
e is, cum discessero ab ipsis. Metuens Saul (1. Sam. 18. 12.) propter Da-
videm, eo quod esset Iehova cum illo, & à Saule recessisset, Vir Dei (2.
Chron. 25. 7) Venit ad eum dicendo, ô Rex (Amazia) ne venito tecum ex-
ercitus Israelitarum; non enim est Iehova cum Israelitis ullo Ephraimita-
rum. Contra eos, Spiritus Sanctus qui mandatorum Iehova observantissi-
mi sunt,

sunt, consolatur (Num. 23. 23.) DEVS fortis, non est homo qui mentiatur
aut Filius hominis quem pœniteat, an ipse dixerit & non faciet? an loquutus
fuerit & non prestabit illud? Ecce recepi benedicendi Onus, benedixit e-
nim, nec revocabo illud. Sed quid istis ego hic immoror, in Disputatione
hac dispicienda erunt. In Disputatione Dn. Mihaelis Tovfai de Perse-
verantia Sanctorum, quæ Armenianorum sunt, Armenianis relinquimus,
quæ autem sunt Dei, ultro amplexi sumus, à strophis vindicavimus, nec nõ
in statu Controversiæ easdẽ sobriè deteximus. Exclamations Pueris, quas,
quandoq; usurpare consueverunt, omisimus. Dicam omnibus Calvinianis
non scripsimus, sed ijs duntaxat, qui cum D. Tovfao idem sentiunt. Mul-
tos ex Calvinianis esse, qui nobis adstipulentur, quantum controversiam
de apostasiã Sanctorum concernit, videri B. Meisner. potest. Inter coete-
ros, mentionem facit Petri Bertij, qui peculiarem (Verba ejus sunt) ad-
versus socios Calvinianos de hac questione librum edidit, cui titulum fe-
cit, Hymeneus Desertor, sive de Sanctorum Apostasiã, Excusus est Franco-
furti Anno 1612 in quarto, ad quem nihil quicquam hætenus responde-
runt coeteri, imò & nunquam solidè respondere poterunt. Hæc Meisne-
rus. Hisce ego finio & Lectorem Benevolum bene valere jubeo.



ΕΥΥ ΙΩ ΘΕΩ.

Hisce meis captis annue Christe DEUS.

Sancti & Electi per peccata mortalia amittunt fidem salvi-
ficam, donum renovationis & gratiam Justificationis divinam,
totaliter sed non finaliter.

Status Controversiæ.

NON queritur num peccata venialia, qua plenum consensum prave-
niant, cadant in Sanctos DEI homines. Non negamus Sanctos & Ele-
ctos, quamdiu vitam hanc vivunt, ab omni peccato esse immunes. Non enim
quod volo (loquitur de se constanter Apostolus Paulus ut erat renatus in presenti)
facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago. Non tamen actu eternam damna-
tionem & mortem hominibus renatis inducunt, ut ut inducere possint. Quod au-
tem actu mortem non inducant, fit hoc ex accidenti, quia nimirum persona Deo
jam est reconciliata, nec peccatum in se regnare permittit, sed illa peccato regnat
& dominatur. Potuisset quidem DEUS si voluisset hoc prestare, ut homo jam
justificatus, in hac vita omnes motus & desideria illicita, adversus judicium men-
tis insurgentia, cui voluntatis consensus non accedit, vitare posset; verum enim-
vero à potentia DEI non est argumentandum ad ponendum aliquid, nisi simul
constet de ejus voluntate. Peccata venialia nimirum motus & desideria illicita,
quibus assensus non prabetur, vocamus venialia, non propterea ac si suâ naturâ
& in se mortem eternam non mereantur, sed ab eventu, quia veniam Judex iis-
dem ex misericordia indulget, propter causam peccato ipsi extrinsecam, nimirum
ob meritum Christi, quo velatur, & nobis veniale redditur. Alias in justitia
Dei respectu est mortale, quod in misericordia Dei respectu veniale dicimus. Et
cur Sancti ipsi peccata illa confitentur, nec in judicium vocari, sed remitti sibi po-
stulant, si naturâ suâ, nec DEUM offendere, nec damnationem inducere possunt.
Venialibus proinde peccatis homines verè Renatos ut sunt Renati, cum officium,
etiam populi Dei faciunt, esse obnoxios, cum Scriptura Sacra & Sanctis Patribus

A

Doctori

Δὲ Θεῷ Τὸ ὕψος ultro concedimus. Si dixerimus (inquit S. Johannes) nos peccatum non habere, nos ipsos fallimus, & veritas in nobis non est. Quod Christus evidenter demonstrat, cum omnes sine discrimine orare mandat: *Dimitte nobis debita nostra.* Ad qua verba praclare S. Gregorius M. l. 32. moral. c. 4. *Nullus in hac vita (inquit) ita perfectus est, ut quamlibet Deo devotus sit, inter ipsa quantumcumque pia vota non peccet.* Idem egregie expositum est sexto, septimo, octavo Concilij Milavitani Canonibus.

Sextus ita habet: Placuit, quod ait Sanctus Johannes Apostolus, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est, quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem oportere, dici nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit.

Sequitur enim & Apostolus adjungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est, & justus qui remittat nobis peccata & munda nos ab omni iniquitate. Ubi satis apparet, hoc non tantum humiliter sed etiam veraciter dici. Poterat enim Apostolus dicere, si dixerimus quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus & humilitas in nobis non est. Sed cum ait, nos ipsos decipimus & veritas in nobis non est, satis ostendit eum qui se dixerit non habere peccatum, non verum loqui sed falsum.

Sed addatur etiam octavus, non minus luculentus: Placuit, ut quicumque verba ipsa Orationis Dominicae, ubi dicimus, dimitte nobis debita nostra, ita voluerit a Sanctis dici, ut humiliter non veraciter hoc dicatur, anathema sit. *Quis enim ferat orantem, & non hominibus se scripsit Domino mentientem, qui labijs sibi dicit, dimitti velle, & corae aicit, quae sibi dimittantur debita non habere?*

Unde manifestum est, sanctissimos quam sanctissimos in hac vita peccare (non tamen peccato operam dare) ut veraciter ab us dicatur: Dimitte nobis (d DEUS) debita nostra, non tamen ita, ut ob hoc iustitia sua excidant, aut beatitudine divina (quod libenter D. Torsio, si peccata venialia intelligeret, daremus) priventur. Quod hac distincta sint & magno discrimine distent peccare & peccato operam dare, & non hoc, sed illud in Sanctos ut Sanctos cadere, patet ex S. Johan. 1 Epist. c. 3. v. 6.

Ubi supra modum vite sanctitatem & peccatorum fugam urget: Quisquis in eo (Christo) manet, inquit, non peccat: quisquis peccat, non vidit eum neque novit eum, Et rursus: Qui peccatum facit, ex Diabolo est & 8. Item: Quisquis natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet: nec potest peccare, eo quod ex Deo natus est, & 9. Et iterum: Quisquis non facit

facit justiciam, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum. *Nec minus*
cap. 1. v. 8. scripserat: Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ipsos fallimus,
& veritas in nobis non est. Item: Si dixerimus nos non peccasse, mendacem
facimus eum, & sermo ejus non est in nobis, & 10. Et cap. 2. v. 1. Filioli
mei, hæc scribo vobis, ut ne peccetis. Quod si quis peccarit, Advocatum ha-
betis apud Patrem J E S U M Christum justum, & ipse est pro peccatis nostris
propitiatio &c. Quibus verbis D. Johannes nil aliud vult, cum Renatos pecca-
re, & peccatum facere, (liceat cujusdam Theologi verba mea facere) toties ne-
gat, quam operam eos peccato non dare, nec que caro concupiscit scientes & vo-
lentes perficere, cumq; nihilominus etiam illos peccatum habere & interdum pec-
care dicit, eosdem à peccato omni ita immunes non vivere, ut interdum eos carnis
concupiscentia non supplantet, sed fieri posse, ut tum etiam, cum maxime cavent,
per imbecillitatem alicubi impingant, nec propterea Christum desinere, proys a-
puud Patrem intercedere. Male verò imò impiè docetur, quòd Renati sint & ma-
neant populus Dei, quomodocunq; se gerant, & tum cum enormiter peccant, con-
trarium quidem voluntati divinae agant, gemant etiam & suspirent, ut loquitur
D. Tovsæus. Ast qui studio, datâ operâ, volenter adulterium, aliq; flagitia
committit, quomodo is, perpendat quisq; Christianus, cum talia agit cum D. Apo-
stolo, qui immunis à peccatis mortalibus, cum hæc diceret, erat, exclamare potest:
Arumnosus ego homo dum non volenter malum ago & invito subrepat malum,
quis me eripiet ex isto corpore mortis? Mortis corpus vocat (inquit Theodor.)
quod sit morti obnoxium, hoc est, mortale. Sic & Chrisost. Corpus mortis, hoc
est mortale à morte scilicet mancipatum. Augustinus in quodam loco contra duas
Epistolas Pelagianorum, liberari à corpore mortis (inquit) est omni sanato langvo-
re concupiscentia carnis, non ad pœnam corpus recipere, sed ad gloriam. Non
enim à corpore mortis impij liberabuntur unquam, quibus in resurrectione eadem
corpora ad aeterna tormenta reddentur. Hæc ille.

Ex mente proinde B. August. & aliorum S. Patrum, Renatorum corpora
 morti esse dedita, nil aliud denotatur quàm esse mortalia, & peccatis venialibus
 obnoxia. Non ergo ex verbis istis: Renati non possunt in hac vita vivere absque
 peccato; hoc dici (ut vult D. Michael Tovsæus) potest; Renati fidem justifican-
 tem, gratiam divinam & donum renovationis ex toto per enormia scelera perdere
 non possunt. Quanto rectius S. Esaias (cap. 59. v. 2.) ac D. Tovsæus ex mente
 Spiritus Sancti docet: Iniquitates vestrae determinant inter vos & DEVM ve-
 strum, & peccata vestra faciunt, ut occultent faciem à vobis, ne exaudiat. Erro-

¶ *Jovinianorum & Pelagianorum* diu jam profligato patrocinari nolumus, qui discrimen omne, inter peccatum mortale & veniale tollebant, dum justos omni peccato in universum carere affirmarent. Uti ex Hieronymo & Augustino constat. Augustinus enim de Pelagianis lib. de Hæresibus ad Quodvultdeum hæres. 83: In id (inquit) progrediuntur, ut dicant vitam justorum in hoc seculo nullum omnino habere peccatum. Et ex his Ecclesiam Christi in hac mortalitate perfici, ut sit omnino sine macula & ruga, quasi non sit Christi Ecclesia, que in toto terrarum orbe clamat ad DEVM: Dimitte nobis debita nostra. Hæc ille.

2 Non venit in controversiam, num homo Renatus quâ Renatus & justificatus auxilio Spiritus Sancti vitare peccata mortalia & contra conscientiam queat. Docent enim Ecclesia nostra, quod homo jam conversus, simul ac gratiam consecutus est divinam, si gradu, quem semel obtinuit, excidere nolit à peccatis, que fiant plenè consentiente voluntate & advertente ratione, que fidem & justificationis excutiant gratiam, gratia divinâ duce sibi omnino cavere, contra verò que Spiritus sunt sapere, Spiritu vivere, incedere & opera Spiritus facere possit, non quidem secundum perfectionem absolutam hoc prestare potest, sed juxta illam qualis in Renatos in hac vita cadit, ut nihilominus infirmitatibus & imbecillitatibus obnoxij maneant.

3 Non venit in controversiam, num Renati & Sancti, dum peccatis mortalibus & operibus Carnis polluuntur maneant Renati & Sancti. Quamprimum enim opera Carnis incipiunt perficere, desinunt esse Renati & incipiunt esse non renati, aut quodammodo peccato mortui. Dicuntur autem in Scholis, tales Renati non formaliter, sed materialiter, hoc est, non quod actu tales sint, sed quod antea tales fuerint. Quemadmodum enim homo simul ac Vitam temporalem amittit, desinit esse homo, & incipit esse ex parte corporis cadaver; ita etiam homo Renatus ut primum peccata mortalia committit, desinit esse renatus, & incipit esse homo peccato mortuus. Qui enim concupiscentijs & desiderijs illicitis sciens ac volens obedit atq; assensum prebet, is servire peccato (juxta Scripturæ Sacra stylum) dicitur. Qui facit peccatum, Job 8. v. 34. servus est peccati, qui servit peccato, ei peccatum regnat & dominatur. Rom. 6. 12. Vnum enim ex altero consequitur. Qui peccato obedientiam non prestat, is peccato regnare dicitur. Cui peccatum regnat, eo actu dum regnat, aditum ei ad æternam Vitam preclusum, apertis verbis Scriptura Sacra manifestum facit. Regnare (enim dicitur) peccatum in mortali nostro corpore, cum auscultamus ei in cupiditatibus corporis, & sistimus membra injustitiæ, ut loquitur Paulus ad Rom. 6. 12. &

o. 12 & 13. Hæc non nisi in non renatum cadere, qui non est hospes in Scriptura Sa-
 cra, & qui reapse est Christianus, nullus dubitabit. Talis descriptio Irregeniti sup-
 peditatur nobis Rom. 8, 5. Carnales sunt qui curant qua carnis sunt. Car-
 nalia autem curare est quod caro concupiscit perficere (Gal. 5, 16) vel etiam car-
 ni seminare. Gal. 6. 8. Opera autem carnis Apostolus Paulus, dicit Adulteri-
 um, Scortationem, Impuritatem, lasciviam, Idololatriam, Veneficium, Inimiciti-
 as, lites, emulationes, excandescantiam, rixas, dissidia, hæreses, invidiam, cades,
 ebrietates, commestationes & his similia. En habes D. Tovfae hominem irrego-
 nitum suis coloribus ad vivum à Spiritu S. depictum.

Qui ergò talia agit (hoc est, opera carnis perficit) eo actu dum talia agit,
 ille est irregenitus (vel ut stylo Scriptura utamur) ille est carnalis, & in eo pecca-
 tum regnat. Atqui David dum adulterium commisit, Salamon dum Dijs alie-
 nis sacrificavit, Petrus dum Christum abnegavit, eo tempore dum talia facerent,
 antequam penitentiam de peccatis agerent, opera carnis perficiebant. Ergo Da-
 vid dum actu adulterium commisit erat carnalis & irregenitus.

Ulterius progrediamur. In quibus peccatum regnat, & qui opera carnis
 perficiunt, eo ipso dum talia agunt, vita aterna hereditatem adire nequeunt.
 Atqui in Davide, Salamone, Petro, peccatum regnabat, & opera carnis perfici-
 ebant. Ergo David, Salamon, Petrus eo ipso dum talia agebant, vita aeterna
 hereditatem adire non poterant. Minor probata est in priori argumento.

Major disertis verbis adstruitur. Prædico vobis, prout prædixi etiam,
 eos qui talia agunt (nimirum qui opera carnis perficiunt) regni Dei non fore
 hæredes Gal. 5. 2. Qui seminat carni suæ, ex carne metet interitum, Gal. 6. 8.
 Quod sapit caro, mors est, Rom. 8. 6. Et v. 8. Qui in carne sunt, Deo placere
 non possunt. Et iterum v. 13. Si secundum carnem vixeritis, futurum est ut
 moriamini. Ratio rei istius additur: Quoniam (inquit v. 7) quod sapit caro,
 inimicitia est adversus Deum: legi enim Dei non subijcitur, nam ne potest qui-
 dem. Ejusmodi opera, quibus Irregenitos Spiritus Sanctus ad vivum expressit,
 nullo modo in Sanctos homines & Renatos (ut sunt tales) cadere posse, testis est eti-
 am Spiritus Sanctus, dum dicit, quod filij Dei Spiritu incedant, vivant, opera
 Spiritus faciant, secundum Spiritum sint, & carnem cum affectibus cupiditati-
 busq; crucifigant. Qui Christi sunt (inquit Apostolus Paulus) carnem crucifi-
 xerunt cum cupiditatibus. Gal 5. 24. Si vivimus Spiritu, Spiritu etiam ince-
 damus v. 25. Quid sit Spiritu vivere, Spiritu incedere, explicatur v. 22. Fru-
 ctus autem Spiritus sunt, charitas, gaudium, pax, iræ cohibitio, benignitas, bo-
 nitas,

nitas, fides, lenitas, continentia. His qui operam dant, is nulla est condemnatio. Ex iterum Scriptura Sacra: Nulla est condemnatio ihs, qui sunt in Christo Jesus (qui) non secundum carnem vivunt, sed secundum Spiritum, Rom. 8. 1. neque adversus ejusmodi lex est, Gal. 5. 23. Qui seminat Spiritui, ex Spiritu etiam metet vitam æternam, Gal. 6. 8. His qui repugnantur iret, ne illa apertissima Scriptura Sacra contradiceret. Hac occasione Sancti Patres moti ex Scriptura S. contra Jovinianos & Pelagianos docuerunt, quod peccata alia alijs sint vel majora vel minora. Sine majoribus quidem esse Sanctos & justos, non item sine minoribus statuebant. Minora quoque non obesse Sanctis (ut sunt & manent Sancti aique Renati) aiebant, non quod eadem sua natura forent Venialia, sed quod conscientiam non vastarent, nec deliberato consilio & destinata malitia fierent. Unde etiam discrimen inter peccatum & crimen (ut videre est in Gregorio, qui vixit Seculo VI) faciebant. Nam docebant omne crimen peccatum esse, non tamen omne peccatum crimen, & in hac vita multos sine crimine, non item sine peccatis esse. Dum autem adijcit, nonnulla peccata animam polluere, crimina eandem extinguere, intelligi debet, quo sensu etiam admittimus, cum respectu ad Dei misericordiam. Omnino quippe etiam peccata Venialia in respectu ad Dei justitiam extinguunt animam. Optime in hanc rem alicubi Iohannes Gerson Academia Parisiensis Cancellarius scripsit: Nulla (inquit) offensa Dei est venialis de se, nisi tantummodo per respectum ad Divinam misericordiam, quæ non vult de facto quamlibet offensam imputare ad mortem, sed illud possit justissime: Et ita concluditur, quod peccatum mortale & veniale inesse tali non distinguuntur intrinsicè & essentialiter, sed solum per respectum ad divinam misericordiam. Hæc ille. Et Gregor. M. lib. 9. moral. cap. 11. Sæpè diximus, omnis humana justitia, injustitia esse convincitur, si districtè judicetur. Prece ergo post justitiam (homo) indiget, ut quæ succumbere disculsâ poterat, ex sola Judicis pietate convalescat. Hæc ille. Alias nullum tam leve peccatum est, quin offendat Deum & impingat in infinitam justitiam.

Absurdos proinde esse oportet, qui opera carnis, qualia sunt, adulterium, idololatria abnegare Christum, inter peccata infirmitatis (sine quibus Sancti quoad diu corpus secum mortale circumportant, vivere non possunt) annumeratum eunt. Absurdos esse oportet Calvinianos, qui Sanctos & Renatos nunquam gratiâ divinâ justitiâque sua excidere, fidem salvificam nunquam totaliter amittere posse, quin potius semper in Christo, dum etiam peccant mortaliter manere eosdem docent. Multo rectius in hanc rem D. Reverbronijs (partis tertie Dissert. XII. de

7
XII. de Fide nos justificante pag. 843.) docet: Quando (verba ejus sunt) Renū-
tiā Sathana seducti verbum divinum observare cessant, multisq; peccatis con-
tra conscientiam admissis, sese maculant, tum quoque desinunt per hanc unio-
nem mysticam esse in Deo & θεοῦ ὁμοιω Christō & hic in illis, Jos. 7, 12. & 1.
Sam. 18, 12. 2 Chron. 25, 7. & Hof. 9, 12. Fugiamus igitur omnia flagitia,
ut in Deo & θεοῦ ὁμοιω Christō simus & maneamus. Illa namq; Deum sepa-
rant à nobis. Esa. 59. & 2 Jerem. 5, 25.

Audiamus quoq; eum part. cit. p. 848. Mansio (in Christo) continuata,
nobis multum prodest; ast intercisa valde obest Job. 15, 2, 4, 5, 6, 7, 10. & 1.
Job. 2, 28. Proinde sedulo caveamus, ejusdem per peccata lethalia intercisionem
1. Job. 2, 24, 27. Hanc mansionem nos certò scimus, non solum ex sincerā Verbi
divini servatione 1. Job. 2, v. 5. sed & ex dati nobis Spiritus Sancti acceptione,
teste Apostolo Iohanne 1. c. 3, 24. & 4, 13. Hec ille. Errat proinde Danaus
à Coelesti tramite dum scribit: Manere inesse, vel inhabitare in Christo ita
est illi adhærere, ut ab eo nunquam deficient, quales sunt omnes Dei electi &
Filij. Errat gravissimè D. Toufaeus à coelestis Veritatis tramite, dum (in
Disput. de perseverantia Sanct. P. 5.) docet: Verè fideles nunquam eo de-
venire (verba ejus sunt § 6.) ut vel adoptionis gratiā, vel Iustificationis statu ex-
cidant, vel peccatum ad mortem faciant, etiā tàm cum Spiritum Sanctū (ver-
ba ejus sunt § 5.) contristant, ac reatu mortis tenentur & conscientiam lædunt
gravissimè, idq; ministerij, Spiritus interni vi, ac externi Evangelij. In hanc
rem citat Esa. c. 59, 21. Et ego DEVS ipsorum, ac hoc est foedus meum cum
ipsis dicit Dominus, Spiritus meus qui super te & verba mea, quæ posuit in
ore tuo, non recedent ex ore tuo, ac ex ore seminis tui, & ex ore feminis, seminis
tui dicit Dominus, à nunc usq; ad seculum.

Cogita mi Toufae, num qui peccant mortaliter & opera carnis perficiunt,
peccatum ad mortem (ut supra demonstratum) non faciant? Perpende mi Tou-
fae, & Scriptura Sacra quia es Christianus, assensum prebero: Quicumque opera
carnis perficiunt, eo ipso actu, dum talia agunt, regni DEI non fore hæredes.
Gal. 5. Cogita mi Toufae, num ij, qui non sunt hæredes regni Dei, in adoptio-
nis gratia & justificationis statu maneat. Cogita mi Toufae, num David, Pe-
trus, Salamon, cum opera carnis perficerent, dum eis peccatum regnaret, erant,
verè (ut eos in illo etiā actu nominas) fideles. Perpende mi Toufae, num dictum
Esa. 59, 21, allegatū Davidi, Petro, in lapsu eorum gravissimo accommodari possit.
Conferantur hæc cum prioribus, quæ in Syllogismo sunt coacta. Spiritus Jehova
est, non

est, non mœchaberis, non coles Deos alienos præter me, non abnegabis Deum. Num
erat tanquam in Renatis in Davide illo tempore cum mœcharetur, in Salamone
cum Dijs alienis litaret, in Petro cum Christum, quem verum Deum agnoverat,
abnegaret, Spiritus Jehova, & non ab isdem tum recesserit, judicio cuiusq; veri
Christiani relinquo. Quanto rectius Cyprianus ac Tovfeus docuit: Salamon &
Saul & cœteri multi, quamdiu in vñs Domini ambulaverunt, datam sibi gra-
tiam tenere potuerunt: recedente ab ñs disciplinâ dominicâ recessit & gratia.

Adjungamus Cypriano Tertullianum: Estne hoc mirum, ut probatus
aliquis retrò postea excidat? Saul bonus præ cœteris, livore postea evertitur,
Salamon omni gratiâ & sapientiâ donatus à Domino, ad idololatriam à mulie-
ribus deducitur.

Instas. Verè fideles dicuntur quoque carnales, Matt: 26. 41. Spiritus
quidem promptus, sed caro infirma.

Resp. Dicuntur carnales quandoq; Renati, at non tales, qui, quæ carnis
sunt curarent, & qui desiderijs carni dediti, servirent, eaq; perficerent, sed hoc
sensus quia carnem circumferunt, à qua quidem abesse non potest peccatum in hac
vita; sed tamen abesse potest dominium peccati, ne scilicet mens ei subiciatur, ac
in desideria ejus consentiat.

Reponit D. Tovfeus (§ 5) Davidem & alios verè fideles cum gravissimè
vadunt conscientiam, habere fidem justificantem, sed qua sensu (verba ejus sunt)
ad tempus caret. Benè mi Tovfee. Fides qua sensu caret, & quamdiu talis ma-
net, est fides ~~inutilis~~ (Iac. 2.) non fides justificans, quæ est per bona opera efficax,
Gal. 5. 6. & quæ solum est verè (NB) fidelium. Hanc non posse amitti, dum
homines obediunt carnis cupiditatibus, & peccant lethaliter, affirmant Calvinia-
ni. Quod credat Apella Judæus non Christianus. Per fidem mortuam, quia
est hypocritarum, & in Diabolo etiam cadit, neminem posse salvari, quisq; credat
Apella Judæus, si vult esse verè Christianus. Fidem justificantem per bona facta
& charitatem efficacem, manere justificantem illo tempore etiam cum per peccata
contra conscientiam & enormia flagitia interrumpitur, hoc Tovfeo credat Apel-
la Judæus, dum in contumacia permanet sua. Apella Judæus conversus credat
potius D. Apostolo Jacobo, per quem Spiritus Sanctus est locutus cap. 2. 14. Quæ
utilitas fratres mei, si fidem aliquis dicat habere se, facta verò non habeat: Num
potest fides salvum facere illum?

Instas: David & Apostolus Petrus sunt salvati. E. non exciderunt gra-
tiâ divinâ vel justificationis statu, tum etiam, cum gravissimè lapsi sunt.

R. Ante-

Resp. Antecedens conceditur, Consequentia negatur. Hoc ex con-
cesso consequitur. David & Petrus sunt salvati, E. non exciderunt gratiã
divinã finaliter bene tamen totaliter, dum peccarent lethaliter. David &
Petrus sunt salvati, quia de peccatis suis poenitentiã non fucatã ducebantur
nec defectũ suum totalem, quo gratia Divinã decesserant, ad vitæ finem im-
poenitentialiter continuarunt. Hac ratione quoq; improbos salvari, si ni-
mirum poenitentiam egerint, & in fide ad vitæ suæ exitum perseveraverint,
nullum dubium est.

5. Non quaritur, num Sancti, Renati, quã Sancti, quã Renati (in
sensu reduplicativo) amittant vel amittere possint fidem salvificam; num
item excidant vel excidere possint gratiã divinã. Non diffitemur homines
Sanctos formaliter consideratos non amittere nec amittere posse NB ut sunt
& manent Sancti, fidem justificantem, non peccare nec peccare posse mortali-
ter. Idem enim est, ac si quispiam quereret, num homo quã homo moria-
tur vel mori possit. Simile etiam hoc est illi, quod olim in coenã Tauri Phi-
losophi Atheniensis quesitum accepimus, quando moriens moreretur? an
tũm cum adhuc vi vit, an cum jam diem obiit: Homo quã homo & quam-
diu est & manet homo, nec non animã rationali & corpore constat, nunquam
moritur, vel etiam mori potest, sed homo, qui erat & dicebatur ante homo,
potest desinere homo, & tum cum desinit homo esse, jam fit mortuus & aquivo-
cã homo. Sic mortuus quã mortuus, non dicitur hac vel illã horã, hac vel
illã die esse mortuus, vel suum diem obiisse, sed qui jam est mortuus, & ante
fuit homo, hac vel illã die dicitur desisse homo & tum etiam dicitur esse mor-
tuus. Quo loquendi genere in Scriptura dicuntur surdi audire, muti loqui,
claudi ambulare. Sed non est mirum, quod ab ejusmodi errore se expedire
non noverunt illi, qui vocum ampliacionem & statum (ut Logici vocant)
ignorant: Num ab isto errore immunes sint hoc in genere quoad praxin (mul-
tum enim ipse plurimis Calvinianis quantum eruditionem & rerum huma-
narum cognitionem attinet, tribuo) qui dicunt homines verè fideles, dum
conscientiam suam gravissimè ledunt, Spiritum Sanctum contristant, non a-
mittere Spiritum Sanctum, adoptionis item gratiã vel justificationis statu nõ
excidere, ipsi viderint. Minus proinde appositè Dn. Toussens citavit di-
ctum (Esa. 59.) quo probare voluit, Fidelem, nunquam dum peccat etiam
mortaliter, excidere adoptionis gratiã. Minus rectè allegatur à Calvinianis
dictum ex Psal. 1, 3. pro sanctis, si sancti dicendi sunt, qui conscientiam gra-
vissimè

ledant. Quo etiam bono dictum (1. Ioh. 3. 6.) citatur pro sanctis illis qui opera carnis perficiunt: Omnis in eo (Christo) manens non peccat. Item illud: Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non committit, quia semen Dei in eo manet, & non potest peccare, quia ex Deo natus est. Audiamus in hanc rem potius S. Athanasium quam Calvinianos: Cum quis ob scelera sua ab isto Spiritu excidit, gratia quidem irrevocabilis manet in ijs, qui volunt: sed si quis excidat, non est amplius in Deo is qui cadit, quia recedit ab eo Sanctus & Paraclitus Spiritus, sed est in eo cui semetipsum subijcit peccator. *Basilii*: Inanis est iusti labor si succedat immutatio,

VI. Non queritur num Renati & totaliter & finaliter possint excidere gratiâ divinâ. Fatentur enim Ecclesia nostra Renatos qui habent fidem salvificam & totaliter & finaliter, gratiâ divinâ & justificationis statu excidere posse. Inter Renatum & Electum dari discrimen Abrahamus Scultetus Doctor Calvinianus ultrò largitur: Es ist ein ander ding (verba eius sunt in Psal n: Postilla part. 2. p. m. 569 wenn man sagt: Die Außers wehlten können den Heiligen Geist nicht verlieren/ vnd auß Gottes Gnade fallen. Ein ander ding wenn man sagt: Die Wiedergeborenen können den Heiligen Geist nicht verlieren. Hoc tamen in eo improbamus, quod Renatum (quem Spiritum Sanctum amittere posse affirmat) intelligat, qui Iustificationis gratiam nondum est consecutus, nec fidem salvificam aliquando habere potuit. Per Spiritum Sanctum explicat loc. cit. quodammodo quaedam Spiritus Sa. gratia justificationis gratiam.

VII. Non movetur hac in re Calvinianis controversiam; Num Electi amittere possint Spiritum Sanctum finaliter. Constanter enim Ecclesia nostra docent, Electos non posse excidere gratiâ divinâ finaliter. Distingvimus etiam inter defectum finalem (verba Doct: Feurb. sunt) seu usq; ad finem vite impoenitentialiter continuatum; qui non cadit in Electos ad vitam aeternam, Matt. 24. 24. & inter defectum totalem quidem, sed non finalem, qui ipsis etiam Electis competit Matt. 26. 70. Addit ulterius: Totalis & finalis defectus in multis Renatis (non verò Electis) deprehenditur Matt. 27. 3. Hac ille. Benè in hanc rem Prosper Aquitanus: Ex regeneratis in Christo Jesu, quosdam relictâ fide, & pijs moribus apostatare à DEO, & impiam vitam in sua aversione, multis (quod dolendum est) probatur exemplis. Et Clemens Alexandrinus: Apostasia & excessus sunt in nostra potestate.

testate. *Hac illi. Hinc illud:* Non omnes Renati statim sunt Electi: nec omnes Electi semper & omni tempore sunt Renati. *Quocirca non venit in controversiam, num Electi perseverent usq; ad vite suae finem in fide salvifica.* Docemus enim qui reapse vita aeterna hereditatem adire volunt, requiri in eis perseverantiam usq; ad finem, adeoq; electionem factam esse (propterea proprie & simpliciter in Sacra Scriptura sumitur) secundum perseverantiam usq; ad finem. *Renati enim aestimantur ex fide praesentis, Electi autem ex fide finali.*

Quapropter inter nos & Calvinianos queritur, num perseverantia Electorum sit ita continua, ut nec per peccata lethalia intercidatur? Nos negamus; Calviniani affirmant, dum docent Electos non amittere fidem salvificam neq; finaliter, neq; totaliter. *Michael Tovfaeus scribit, quod licet verè fidelium constantia actus continuus, quo Deo fidimus (§ 3) interrumpatur, nunquam tamen eo devenire (§ 6) ut vel adoptionis gratia, vel justificationis statu excidant, vel peccatum ad mortem faciant.* Rationem dat hanc (§ 3§) quia nunquam origo & fons, semen & radix illius actus penitus arefcit ac emoritur. *Sed de hoc errore jam in superioribus egimus. Hic nihilominus lubet querere D. Tovfaeum, quid per semen, radicem & originem fidei salvificae intelligat.* Si verbum divinum & verbi divini notitiam, (cui in Scriptura Sacra Verbum Dei semen vocatur eiq; assimilatur) intelligit, dico in hominibus extremè impijs, secundum hanc rationem dari semen fidei salvificae, qui non minus notitiam verbi divini, quin quandoq; majorem, quam Electi habent. Imò num D. Tovfaeus sibi constet, & non contradictoriè statuatur dum docet verè fidelium constantia actum continuum per peccata gravissima interrumpi, non tamen eos gratia Justificationis per hoc excidere, cuiq; Christiano deliberandum omitto.

Instas: Extremè impij non habent notitiam practicam salutarem, & vivificam. *R.* Etiam Sancti, tùm cum gravissime ledunt conscientiam, & peccant mortaliter, non habent notitiam practicam & salutarem, dum secus ac sciunt operantur. Non autem qui dicunt Christo, Domine Domine, introibunt in regnum caelorum, sed qui faciunt voluntatem Patris caelestis. Dum proinde homines non faciunt voluntatem Patris, eo tempore non possunt dici heredes vitae aeternae. Si habeam prophetiam, (ait S. Paulus) & noverim mysteria, omnemq; scientiam, & si habeam omnem

fidem, aded ut montes loco dimoveam, caritatem autem non habeam, nihil sum. Quod Sancti desinant esse Sancti, dum peccant mortaliter, atq; sic peccatum ad mortem, ex mente Spiritus Sancti, faciant, evidetur in superioribus dedimus. Quamprimum enim peccant mortaliter Sancti, non amplius sunt, sed fuerunt Sancti. Si per radicem D. Toufaus intelligit finalem in fide perseverantiam, concedimus Electos hoc sensu habere radicem, h. e. perseverare in fide ad vita usq; terminum. Negamus tamen finalem perseverantiam per peccata mortalia in Electis non intercedi. Negamus etiam omnes eos, qui semel gratiam divinam & fidem justificantem consecuti sunt, manere in fide usq; ad vita finem, atq; hoc modo habere radicem. Si per semen radicem D. Toufaus, fidem salvificam absq; caritate & dilectione aliisq; bonis operibus, vel etiam dona Spiritus Sancti qualiacunq; interna, in vere fidelibus, qui tales, juxta eum dicuntur etiam illi, qui sceleribus gravissimis polluuntur, intelligit, omnia haec talia sunt, quae partim ex rei veritate, partim ex ipsorum hypotesi, in homines quoq; reprobos cadunt. Fides sine Dei & proximi dilectione, quae non est per bona opera efficax, est res mortua, qualis est Christianorum, qui sola consuetudine tales dicuntur. Refrigerante charitate, fides moritur, sicut corpus animam recedente, inquit Bernhardus. Sanctos dum peccata committunt mortalia, cum Spiritum Sanctum contristant, non diligere Deum etiam manifestum est. Si quis diligit me, (ait Christus) sermonem meum servabit. Et alibi: Per hoc scimus, quod non novimus eum, a juraimus observamus. Qui dicit novum eum, & praeccepta ejus non servat, mendax est, & in eo veritas non est, 1. Joh. 2. 4. Si linguis hominum loquar & Angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum aes resonans, aut cymbalum tinniens. Non vult Apostolus hic fidem salvificam sensu (ut vult Toufaus) carere, sed fructiferam. Per hoc quippe discriminatur a fide mortua. Dona Spiritus Sancti interna quodam modo, in homines impios, quae a fide salvifica, ut est efficax per bona facta, separari possint, cadere, affirmat Abrahamus Scultetus l. cit. p. m. 569. Auch bey denen (verba ejus sunt) die nicht recht wiedergeboren sein / finden sich etwan eine grosse gleichheit / mit den wahren vnd recht wiedergeborenen Christen. Was den Glauben betrifft: so nehmen sie auch das Wort mit freuden an / vnd glauben ein Zeitlang - - - Was die guten Werck belanget / so befeissen sie sich

sie sich derselbigen auch/sie arbeiten etwan den ganzen Tag im Weins-
 berg des Herren -- Ja auch was die empfindligkeit NB belanget /
 so gestehet der Apostel Paulus/das sie einen Schmach bekommen der
 Himmlischen Gaben/vñ des güttigen Worts Gottes/ vñ der Kräfte
 der zukünftigen Welt/ das ist der Hoffnung des künftigen ewigen
 Lebens. Als welche auch etlicher massen NB erleuchtet/ vnd der
 Gaben des Heiligen Geistes theilhaftig werden. *Hac ille. Errori
 tamen eius patrocinari nequimus, dum ibidem scribit, in nullum fidem salvi-
 ficam, praeter Electos cadere posse. Petrus cum Christum abnegasset, deside-
 runc esse Sanctus, quando autem exiens flevit amare, incepit denuo fieri San-
 ctus, dum poenitentia, qua fidem salvificam efficacem, tanquam partem in-
 timè includit, ducebatur. Non proinde poenitentia interna Petri, quam
 flendo, externo gestu, testatus est, potest esse fructus fidei, ut somniat D. Tou-
 faus, cum fides pars ejus sit, prout poenitentia in sensu totali accipitur. Pro-
 positum vita emendanda est fructus fidei salvifica, cum serio dolemus de pec-
 catis proponimus nobis etiam cavere à peccatis contra conscientiam. Obser-
 vandum & hoc venit, quod vox Renati dupliciter sumatur: Vel enim sumi-
 tur pro eo homine, qui ut primum incipit carnis concupescientis obedire, Spi-
 ritum Sanctum peccatis mortalibus contristare, atq; sic expellere, verus rena-
 tus esse desinit, & titulum renati reipsa amittit, solà usurpatione & consuetu-
 dine ejus compos: vel sumitur pro eo, qui carnis concupiscentias cum affecti-
 bus crucifigit, qua Spiritus sunt sapit, Spiritu vivit, incedit, & opera Spiri-
 tus facit, qualem descriptionem renati non ex nostro cerebro enatam, sed ex
 Scripturae Sacrae promptuario expromptam in superioribus audivimus. Ta-
 lem etiam definitionem D. Johannis 1 Epist. c. 3. v. 9. nobis suppeditat, om-
 nis qui in eo manet, non peccat (scilicet ex proposito malitioso, quatenus
 & quamdiu in eo manet. (Et omnis qui natus est ex Deo, peccatum non
 committit (contra conscientiam) quia (& quatenus) semen Dei in eo manet,
 & non potest peccare, quia (& quatenus) ex Deo natus est.*

*Quod enim ita reduplicativè (liceat verba D. Feurbornij mea facere) haec
 dicta intelligenda sunt, comprobatur ipse Apostolus Ioh. 1 C. 3 v. 15, & exempla
 justorum horribiliter & damnabiliter lapsorum id contestantur. Hac Do-
 ctor Feurbornius, Absolutum Electionis decretum quod Electis Mich. Tou-
 faus, cui totaliter ydem gratiâ excidere divinâ non possint, substernit, quia
 in Scriptura Sacra nullum vestigium habet, improbamus. Trepidatio pro-*

includit metum filialem non cadit in homines, qui carnis cupiditatibus obedi-
 unt. Quomodo enim de ijs dici potest, qui facinora enormia scienter, datâ o-
 perâ, quibus & Deum & se se gravissimè offendunt, conscientiam ledunt gra-
 vissimè, quod cum timore & tremore salutem suam operentur? Quanto recti-
 us Meisnerus in hanc rem, ex Sacra Scriptura docuit: Metus filialis (verba
 ejus sunt) credentium non consistit in aliquâ dubitatione de gratiâ DEI &
 peccatorum veniâ vel presente vel futurâ. Qui enim credunt & se credere
 sciunt, licet cum timore Domini salutem suam operentur, tamen de gratiâ
 DEI sunt certissimi: sed metus ille nihil est aliud, quàm filialis reverentia
 quo ad DEUM, Vigilantia, quo ad Diabolum, prudentia quo ad mundum,
 & constantia quo ad propriam carnem. Pius quando DEUM metuit reve-
 retur illum ne deinceps offendat, quum sibi placatum jam certò sciat. Timē-
 tes DEUM securi certiq; sunt de gratia DEI, quia tamen illam denuò per pec-
 cata possunt amittere, hinc salutem operantur cum timore, h. e. non sunt se-
 curi, sed DEO studiosè obediunt, adversus Satanam & mundum semper
 vigilant. Sic etiam metus futuri lapsus, non tollit certitudinem presentis
 gratia. Qui enim credit & se credere cognoscit (sicuti quisvis seipsum pro-
 bare & examinare debet) ille in presenti certus, imò certissimus est, & esse de-
 bet de peccatorum veniâ DEIq; gratiâ certus etiam esse potest & debet de con-
 tinuatione gratia & perseverentiâ, si divinitus ordinata media semper usur-
 pet, nunquam rejiciat. Certitudo igitur credentis in presenti est absoluta
 de futuro ~~est~~ conditionata, ideoq; cavet ut ne in peccata proruat, sed con-
 ditionem in Verbo requisitam & in se se facilem a dimpleat. Hac ille.

Coeterum licet naturam & proprietates, verè Renatorum & verè non
 Renatorum ex scriptura Sacra satis superq; descripsimus, & coloribus, quibus
 uterq; ad vivum à Spiritu Sancto, exprimuntur, depinximus. Simili tamen
 rem hanc propter simpliciores, ne similitudinibus Calvinianorum, quantum
 heterodoxiam attinet, pervertantur, illustrare animus est. Calviniani ve-
 rè Renatos, quos nullis flagitijs fidem perdere aut Spiritum Sanctum excutere
 posse defendunt, hominibus Ebrijs, qui non rationem sed rationis usum amit-
 tunt, comparant. Ego dico (inquit Beza, cujus verba, ut fides nobis ha-
 beatur, huc apponere libuit) Davidem in adulterio perpetrato retinuisse fi-
 dem & Spiritum Sanctum neq; eam amisisse. Quod similitudine declarabo:
 Ebrius non amittit intellectum seu rationem, & si quam diu ebrietas caput
 ejus

Esus occupet, ratio se se non exerat, sed similis fit animali bruto. Et quædam
 admodum ignis cineribus tectus minimè extinctus est, sed later: Ita etiam
 gratia, fides & Spiritus Sanctus in lapsibus electorum ad tempus teguntur,
 ut non sentiantur, donec ad seipsos redeant, & peccatum suum agnoscant, &
 poenitentiam agant, Quod in Davidis adulterio quoque factum est, in quo
 gratia DEI ad tempus tecta, sed non amissa fuit. *Bucanus*: Fides accipere
 potest decrementum & veluti deliquium pati, ut nonnunquam variarum tentatio-
 num procellis concutatur, obscuretur obruatur, languida fiat. Imò etiam
 in Sanctis hautaliter, quam in Ebris & Infantibus ratio sopiatur & sepelia-
 tur. Sicut in Davide, cum commisit adulterium, & in Petro, cum ter
 negavit Christum: sed tamen nunquam penitus excutitur &c. *Sturmius*
 in diatribe de Prædest. distinguit inter habitum & Actum fidei: illum ma-
 nere, hunc perdi per peccata mortalia scribit. Nos autem accomodatiori
 similitudine Renatorum & non Renatorum naturam illustrare non possu-
 mus, quam Sacra Scriptura hac in re nobis præit.

Similia ex cerebro hominum enata is relinquimus. Facultatem & po-
tentiam eorum, ultra ac Sacra Scriptura extendit, extendere piaculum no-
bis esto. In fidelem qui nullam mysteriorum & Articulorum fidei cognitionem
habet, comparat homini mortuo Eph. 2. Eratis quondam in peccatis mortui
&c. Item cum essemus mortui in peccatis &c. Quemadmodum enim natu-
raliter mortuus, nihil omnino prestare potest, ad consequendam naturalem
Vitam: ita etiam spiritualiter mortuus, nihil ad vitam spiritualis acquisi-
onem conferre potest. Renatum, qui vel titulotenus quamdiu vixit, talis
erat; Vel qui ante quidem erat Renatus, desijt tamen per peccata lethalia
hujusmodi esse, carnis cupiditatibus obediendo; comparat hominibus habenti-
bu fidem mortuam, vacuam, carentem bonis operibus, que consistit in nudâ
simplici, vel quandoque accuratâ Articulorum cognitione. Quicumque ergo
cognitionem Mysteriorum fidei, aliarumque rerum, quas in usum DEUS tras-
ferri ab hominibus vult, in praxin non transfert, is non fidem salvificam,
sed fidem mortuam habet, adeoque non homo vivus spiritualiter sed mortuus,
juxta Scriptura Sacre stylum, est censendus. Quemadmodum corpus
absque Spiritu (inquit Apostolus Jac. 2. v. 26.) ita & fides absque factis mor-
tua est. Bona opera sunt symbola & signa beatitudinis, non Cause & media
ad eandem perveniendi, que cum ipsâ artissimè conjunguntur, ut recte colligi
 possit

possit beatitudinem esse, ubi illa verè deprehendantur. Fides justificans nunquam est otiosa, sed semper efficax, parit animi humilitatem, dolorem de peccatis quotidianis, nunquam propositum cavendi à peccatis contra conscientiam, ab ea abesse potest. Qui adulterium committit, idolis sacrificat, is studio & datà opera talia facit, nec cum talia facit prosperabitur. Quam ob causam inter manifesta carnis opera, peccata talia, ab Apostolo annumerantur. Homo Ebrius, utut quandoq; usum rationis, per nimium potum amittit, non tamen per hoc desinit esse homo vivus, sed desinit esse sobrius; Renatus autem quamprimùm incipit carnis opera perficere, carnis cupiditatibus scienter & volenter obedire, desinit statim esse homo vivus spiritualiter, & incipit esse homo spiritualiter mortuus. Quemadmodum enim corpus (inquit Apostolus Iacob. c. 2. 26.) absq; Spiritu mortuum est, ita & fides absq; factis mortua est. Verè Renatum Spiritus Sanctus assimilat, Arbori plantata, ad rivus aquarum folia virentia habenti, que fructum suum edit in tempore suo, & ejus folium non decidit, ideò quicquid facit prosperabitur. Improbi autem (ut manent Improbi & perseverant in improbitate) non exurgent in illo iudicio, nec peccatores erunt in coetu Justorum. Psal. 1. & 3. 5. Verè proinde Renatorum (ut manent tales) folia non decidunt, quin fructus edunt tempore oportuno. Nimirum non moechantur, non furantur, cum occasio moechandi, furandi inijcitur. En habetis ex Scriptura Sacra non renatorum & verè Renatorum comparationem, imò insuper fidei justificantis per similia descriptionem, que semper est efficax, pariens animi humilitatem, mundiciem cordis, studium pacis, esuriem, mansuetudinem, sitimq; justitiam, quàm vel nobis innocentiam desideramus vel optamus, ut quod æquum & justum est, ubiq; obtineat. Valeat proinde Beza, Bucanus, Sturmius, cum suis, Scriptura Sacra contrariis similitudinibus, quibus via securitati (ut in prefatione dictum) aperitur.

Argumenta thesin probantia.

Argumentum I. ex Ezech. c. 18. v. 26. Cum averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur, propterea propter iniquitatem suam, quam fecit, morietur. Idem dicitur cap. 33. v. 12. 13.

Ex quibus

Ex quibus locis sic argumentamur: Quicumq; à justitia se ita pōtest avertere, ut moriatur spiritualiter, is gratiam DEI & fidem salvificam totaliter perdere potest. Atqui Justus per iniquitatem ita se potest avertere à justitia, ut moriatur spiritualiter. Ergo justus per iniquitatem gratiam DEI & fidem salvificam totaliter perdere potest. *Majorem probamus. Mori spiritualiter, nihil aliud est stylo Scripturae, quam gratiam divinam amittere, sive orbatum gratiā divinā existere. Minor patet ex locis allegatis.*

Excipiunt ad dicta allegata hoc modo: 1. Dominum loqui sub conditione qua nihil ponit. Resp. *Conditio non est impossibilis sed possibilis. Non enim impossibile est Justos facere iniquitatem & per hoc avertere se à justitia. Ubi aversionis à justitia, Causa adequata ponitur facere iniquitatem. Quod faciant iniquitatem & DEUM gravissimè justis quandoq; offendant, ipsi Calviniani non inficiantur.*

2. *Mensura Enunciationis hypothetica est Categorica, ad quam revocanda quoq; Ut si justus se averterit à justitiā & fecerit iniquitatem, morietur in eis: ejus Categorica talis: Quicumq; justis fecerint iniquitatem & averterint se à justitia, n̄ morientur. Hypothesis impossibilis, conjuncta cum affirmatione, facit Enunciationem pure negativam. Ut si digito coelum tegeris, dabo Tibi Filiam meam, i. e. non dabo tibi Filiam meam. Quaritur jam ex Calvinianis, num in ista Enunciatione, si justus se averterit à justitia sua & fecerit iniquitatem, morietur, sit hypothesis impossibilis, si non est, ut etiam fateri coguntur, dum docent homines Sanctos gravissimè DEUM quandoq; offendere, non ergo Negativas Enunciationes faciant. Impossibile est justos iniquitatem facere & per hoc à justitia se avertere, vel justis nunquam à justitia excidere possunt, dum faciunt iniquitatem. Calvinus ipse conditionales quandoq; aliquid ponere faterur.*

3. *In dicto allegato non habetur particula hypothetica, Si, sed particula cum: Quocirca absq; hypothesi exponi potest, hoc modo: Cum (Quamprimū) averterit se justus à justitia sua & fecerit iniquitatem, ita ut perseveret in iniquitate & justitia aversione, morte morietur. Non diffitemur tamen quod particula, Cum quandoq; sumatur conditionaliter.*

4. *Dicimus justum deflectere à fide non absolute sed conditionate, si nimirum peccet mortaliter.*

5. *Quicumq; gravissimè monentur, ut sibi caveant à prolapso à justitia, imo*

Imò gravissima pœna denunciatur, qui à justitia se avertunt, illi utiq; à gratiâ divina excidere & à justitia se avertere possunt. Atqui Iusti gravissime manentur, ut sibi caueant à prolapsu à justitia &c. E. Iusti possunt excidere gratiâ divinâ. Majorem probamus: Admonitiones & adhortationes fiunt, circa res Contingentes, quæ aliter se habere possunt, non de rebus necessariis & impossibilibus: sic nullus me, ut ratiociner, admonet, nullus me, ut per nasum videam, adhortatur. Minorem probamus ex dictis allegatis, quin uliro citroq; in Scriptura Sacra admonitiones instituuntur, ne peccent Sancti, neve peccando Spiritum Sanctum, excutiant: quales leguntur Job. 6. v. 14. 1. Cor. 6. v. 9. 10. Cap. 10. v. 10. Gal. 5. v. 19. 20. 1. Pet. 1. v. 11. Apoc. 3. v. 11.

Except. 2. Agi in loco allegato de justo, qui se simulat justum, h. e. de hypocrita. Resp. Nos à proprietate literæ discedere nolumus, nec causæ validæ habentur, cur proprietati literæ tenaciter adherere non debeamus. Non de Hypocrita sed Iusto dicitur, si Justus se averterit à justitia sua. Hypocrita qui justitiam non habet, avertere ab eadem se non potest. 2. Descriptio Iusti ut extat versu 6. 7, 8. non competit hypocritis imprimis ob clausulam additam versu 9.

Except. 3. Propheta minatur justis, mortem temporalem & truculentam, si peccata mortalia, propter quæ poena à Magistratu decernitur, commiserint. Resp. Non sunt opposita hæc mortis temporalis poenam decernere à Magistratu mundano, & mortis æternæ poenam decernere à Magistratu Independenti & æterno, si justus se averterit à justitia sua, & iniquitatem, quæ fecit, ad vitæ finem continuaverit. 2. Cominatur in locis allegatis non mortem temporalem, sed æternam. Consulatur hæc de re vers. 30. Unum quæq; juxta vias suas (dicitur hic de tribunali divino) judicabo vos domus Israel, dixit Dominus Jehovah. Et v. 29, Num viæ meæ non sunt æquæ domus Israel! annon potius viæ vestræ non sunt æquæ?

Instas ad responsiones datas: Admonitiones in Scriptura Sacra instituuntur, ut Renati quandoq; torpescentes excitentur, & eo majori alacritate currant. Resp. Admonitiones non tantum fiunt, ut pergant Renati in studio bonorum operum, sed etiam ne spiritualiter moriantur & in æternum pereant, ne cadant, ne excindantur Rom. 11. 22. ne reprobi fiant 1. Cor. 9. 27. vel coronam vitæ amittant.

Instas. Admonitiones non tantum fieri circa res contingentes, quæ aliter

aliter se habere possunt, sed etiam circa res necessarias, quæ aliter se habere nequeunt, sic Apostoli, qui falli in Articulis fidei non poterant, à Christo monebantur, ut sibi caveant à Pseudoprophetis. *R. Admonebantur Apostoli, cum nondum à Spiritu Sancto erant miraculose illuminati. 2. Admonebantur non quæ Apostoli, sed in persona successorum, in quantum referebant personam Auditorum, Pastorum &c.*

Pergis adhuc: Electi admonentur in quibus datur necessitas perseverandi in fide ad vitæ finem, *E. Admonitiones etiam dantur in rebus necessarijs. R. Negatur Consequentia. Ad Antecedens respondemus: In Electis datur necessitas perseverandi in fide usq; ad vitæ finem, non absoluta, sed hypothetica, sive ex hypothesi, quæ cum contingentia non pugnat, neq; eam tollit. Nihil enim aliud dicit, quàm necessariam consequentiam esse, quæ propterea etiam Necessitas Consequentia appellatur, non autem dicit rem ipsam esse necessariam, secus si foret à nihil in rerum natura contingens superesset. Electi proinde infallibiliter perseverant in fide usq; ad finem vitæ respectu infallibilis Dei presentia, quæ infallibiliter prævidit in Individuo quosdam homines perseveraturos in fide, ad ultimum usq; terminum. Bene hanc in rem Graverus in prælect: Acad. in Aug. Confess, Præscientia Dei falli non potest, interim tamen illa necessitas, quæ hinc desumitur, non est necessitas causæ, sed duntaxat necessitas immutabilitatis seu infallibilitatis, ut eam Lutherus de Servo arbitrio appellat. Prævisio enim seu præscientia Dei non adfert necessitatem rebus agendis, nec est necessaria aliqua causa, ut præcisè hæc vel illa fiant, quemadmodum Astrologus præscit sequente anno futuram Eclipsin. Hæc ille. 2. Admonentur Electi ratione lapsus gravissimi & errorum, qui finalem perseverantiam antecedunt, in quos vel cadunt, vel cadere possunt. Quocirca ad perseverantiam continuam, ne per peccata lethalia intercidatur, à Spiritu S. Electi adhortantur.*

Argum. II. ex cap. ad Rom. II. v. 20. Per incredulitatem (Judei Rami) defracti sunt, Tu verò per fidem stas: ne effertor animo, sed metue. v. 22. si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris.

Quicumque in fide vera & salvifica ita stant, ut per superbiam & incredulitatem à Christo excidantur, illi etiam per peccata mortalia, justifi-

rationis statu excidunt. Atqui Iusti in fide salvifica ita stant, ut per superbiam & incredulitatem à Christo excidantur. E. Iusti per peccata moralia justificationis statu excidunt. Major evidens est, quia à Christo excidi, & justificationis statu excidere, ita sunt connexa, ut unum sine altero ne cogitari possit. Qui est in justificationis statu, ille etiam in Christo est per fidem, & vice versa. Minor est Scriptura Sacra. Sensus dicti hic est: Noli altum sapere, si Deus Judæis non pepercit ob incredulitatem, nec Tibi parcat, si fidem quâ Christo agglutinaris, amittas. Id non esse impossibile, scilicet, ut qui vivam fidem in Christum habet, eam amittat, hic perspicue docet Apostolus, dum inquit: vide ergo in Te bonitatem Dei, velut in Græco habetur *χρηστότητα* benignitatem & clementiam, quâ Te in suam amicitiam & participationem gloriæ suscepit. Sed si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Observandum sanè est (inquit Orig. in hunc locum) quòd hi quidem, qui ex propria oliva deciderunt, fracti dicuntur: Hi verò qui oleastro inseruntur, si iterum peccaverint non frangendi, quod utiq; levius est, sed excidendi appellantur. Hæc ille.

Argum. III. ex Joh. 15. v. 2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum (Deus Pater agricola) tollit: & omnem qui fert fructum, purgat, ut plus fructus adferat. Argumentum hinc formamus tale:

Quicumque per Baptismum & regenerationem Christo inserti, à Deo Patre tolluntur, eò quòd nullos fructus ferant, illi etiam gratiâ divinâ excidunt. Atqui quidam Palmitem per Baptismum & regenerationem Christo inserti, à Deo Patre tolluntur, eò quòd nullos fructus ferant. E. Major est evidens. Contraria quippe sunt tolli à Christo, & manere in Christo, sive non excidere gratiâ divinâ. Minorem probamus: Christo inseri aliter non dicimur, quàm per baptismum, regenerationem & fidem. Quòd per palmitem illos qui à Christo tolluntur, intelligi debeât etiam verè fideles probatur hoc modo: 1. Qui à Christo eo sine tolluntur, eò quòd in eo non manserint, illi erant in Christo (Privatio enim supponit habitum) & qui erant in Christo, illi etiam erant participes beneficiorum ejus. Non autem aliter nos in Christo manemus, quàm per fidem & charitatem, Christus in nobis manet per gratiam. Atqui quidam homines à Christo eo sine tolluntur, eò quòd non manserint

manserint in Christo. E. Quidam homines qui à Christo tolluntur, erant in Christo. Minor probatur & 6. Qui non manserit, abjectus extra vineam, arefcet, colligetur & in ignem coniectus, ardebit, h. e. igni infernali in aeternum mancipabitur. Sicut enim Sarmenta, & qua à vite resecta sunt (liceat mihi cuiusdam Doctoris verba facere mea) usibus hominum in seruire alio modo non possunt, nisi ut in ignem conijciantur, cum tamen aliarum arborum rami praecisi usus saepe aliis prestare queant: ita quoque qui in Christo non manserint, nihil aliud expectent, quam ut igni tradantur. Ligna vitis, ait Augustinus, tantò sunt contemptibilia, si in vite non manserint, quanto gloriosiora, si manserint: sicut de his etiam per Ezechielem Prophetam Dominus dicit: Praecisa nullius agricolarum usibus prosunt, nullis fabrilibus operibus deputantur. Unum de duobus palmis congruit, aut vitis aut ignis. Si in vite non est, in igne non erit, ut ergò in igne non sit, in vite sit.

Argum. IV. ex Luc. 8. v. 13. Ad tempus credunt, tempore autem tentationis recedunt.

Quicumque à fide, quâ salvarentur, recedunt, illi fidem salvificam amittunt, & justificationis statu excidunt. Atqui quidam Renati à fide quâ salvarentur, recedunt. E. quidam Renati fidem justificationis amittunt. Major manifesta est, ut probatione non indigeat. Minorem probamus ex dicto allegato. Quòd ibi, de fide, quâ homines salvantur, agatur manifestum est ex descriptione, illorum qui ad tempus (Luc. 8. 13) credunt. Nam de πρὸς καιροῖς 1. dicitur, quòd verbum cum gaudio suscipiant. 2. Ad tempus credant. 3. Tententur. 4. Recedant à fide quâ salvarentur. Quae in sensu composito non nisi Fidei justificanti tribui possunt. Fides temporaria vocatur non quòd vera fides justificans non sit, sed quòd ad tempus duret: sicut vita temporalis vocatur, propter durationem, quae sit ad tempus, non quòd verè vita non sit. Opponitur Fides temporaria vel fidei sine interruptione continuata, & sic vera fides aliquantum interrupta, aut postea planè deficiens, temporaria dicitur, vel opponitur fidei vera, & sic coincidit cum fide hypocritica, quae hoc loco non intelligitur.

Instas: Fides temporaria est specie distincta, à fide justificante: quia Fides temporaria tantum est in intellectu, non in voluntate, quippe non consistit in fiduciali Christi apprehensione. Quae etiam gignit aliquod gaudium
C 3 sed instas

sed instabile, ex causis evanidis, spe nimirum commoditatis temporalis. Fides autem justificans, non tantum in Intellectu, sed & in voluntate & corde radicatur.

2. Fides temporaria in agro malo, fides justificans in agro bono succrescit. R. Negamus Fidem temporariam (cuius Luc. 8. mentio fit,) specie à Fide justificante distingui. Dicitur de $\pi\epsilon\sigma\kappa\alpha\iota\gamma\omicron\iota\varsigma$ quod à fide, quâ salvarentur recesserint.

Quicumque à fide quâ salvarentur, recesserint, illi habebant fidem salvificam. Atqui $\pi\epsilon\sigma\kappa\alpha\iota\gamma\omicron\iota\varsigma$ à fide quâ salvarentur, recesserunt. Ergo $\pi\epsilon\sigma\kappa\alpha\iota\gamma\omicron\iota\varsigma$ habebant fidem salvificam.

Quicumque habent fidem salvificam, illi habent fidem, quæ consistit in Intellectu & Voluntate. Falsum proinde est, quod $\pi\epsilon\sigma\kappa\alpha\iota\gamma\omicron\iota\varsigma$ habuerint fidem duntaxat historicam, quæ tantum est in Intellectu, & prout dicit simplicem assensum.

Quod $\pi\epsilon\sigma\kappa\alpha\iota\gamma\omicron\iota\varsigma$ recedant à Fide, quâ salvarentur, probatur à collatione versus 12 & 13. Qui juxta viam, hi sunt, qui audiunt: deinde venit Diabolus, & tollit sermonem de corde, ne credentes serventur, h. e. ne scirent, salventur. Hic sermonem esse de fide salvifica, quâ nimirum quispiam salvus fit, neminem puto qui negaret. Eodem sensu accipitur $\tau\omicron$ credere, versu sequente. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Confert Christus eos, qui juxta viam, cum iis, qui supra Petram sunt; Et illos non credere fide salvificâ, sed historicâ duntaxat, hos autem credere fide salvificâ, affirmat, ast ad tempus. Falsum proinde est, quod in $\pi\epsilon\sigma\kappa\alpha\iota\gamma\omicron\iota\varsigma$ gaudium sit procreatum ex causis evanidis, spe nimirum commoditatis temporalis. Verè enim adeoque fiducialiter credebant verbo Dei. Verè quippe cum gaudio receperunt verbum Dei, quod non tam bona temporalia quam spiritualia promittit, verè in ipsis Verbi Divini semen fuit exortum & enatum, v. 6. Credunt etiam in oppositione ad eos, qui secus viam existunt. Fides temporaria in bono succrescit agro, nam quamdiu hæc fides possidetur, ager bonus est, postquam verò amittitur, ex agro bono fit malus.

Instas: Per fidem justificantem Christo inserimur. Per fidem temporariam Christo non inserimur. E. Fides temporaria non est fides justificans. R. Minorem negamus. Omnino etiam per Fidem temporariam

amta

am talem, qualis Luc. 8. mentio fit, Christo inserimur, ac membra eius effici-
 mur, licet ad tempus saltem hoc fiat, verè tamen Christo inserimur, quia est
 vera fides justificans. *Ἐθνῶν οὐκ ἔχουσιν ῥίζαν* (uti in parabola ex-
 plicatione dicitur) quia non perseverant in fide usque ad vitæ finem.

Objectiones.

1, Joh. 10. v. 28. Oves meæ non peribunt in æternum, &
 non rapiet quisquam eas de manu mea.

Enthimema.

Oves Christi non peribunt in æternum, nec rapi ex Christi mani-
 bus possunt. E. Oves Christi nunquam excidunt gratiâ divinâ vel ju-
 stificationis statu. R. Antecedens conceditur, Consequentia negatur. Per
 Oves Christi aut intelliguntur Renati, prout distinguuntur ab Electis, aut
 Electi ipsi; Renati excidere possunt gratiâ divinâ & totaliter & finaliter,
 prout jam probatum dedimus. Electi & excidere possunt & excidunt gratiâ
 divinâ, totaliter quidem, sed non finaliter. Concedimus Electos lubenter
 (verba D. Balth. Meisneri sunt) quod illi finaliter non perdant fidem, sed
 in termino vitæ certò credituri sunt, quia per hanc finalem fidem prævi-
 sam eos ab æterno elegit Deus; Interim tamen, si mortaliter peccent, gra-
 vibus que sceleribus indulgeant, tum illo ipso peccati tempore gratiam san-
 ctificationis, adeòque fidem salvificam totaliter ipsos excutere statuimus.

2. Cum restrictione & reduplicatione totum Enthimema conceditur
 hoc nimirum sensu: Oves Christi, quamdiu sunt & manent Oves Chri-
 sti, non pereunt in æternum. E. Oves Christi non excidunt gratiâ di-
 vinâ vel justificationis statu, quamdiu sunt & manent Oves Christi, neque
 totaliter, neque finaliter. Ast ubi suâ ipsarum voluntate, oves esse desinunt,
 adeòque oves Christi diutius esse nolunt, non rapiuntur, sed suâ sponte abeunt,
 & seductorem sequuntur. Oves proinde Christi, nulla Christo (liceat cu-
 jusdam Doctoris verba mea facere) eripi possunt, h. e. perire ob imbecillita-
 tem & impotentiam Christi, aut vim fortiores Adversariorum, sed que pe-
 reunt, propriâ voluntate pereunt, quod ex ovili se subducant & Pastori, cu-
 jus inseparabili potentia defendenda erant, se subtrahunt.

Audiamus

Audiamus in hanc rem B. Hieronymum: Nullus potest rapi de manu Dei, potest autem is qui tenetur, propriam voluntate excedere. Adjungamus Hieronymo, Chrysostomum: Charitas ex se nunquam excidit, sed nos ab illa interdum excidimus. Hac illi.

Rem hanc propter simpliciores simili declarabimus.

Ponamus hunc casum: Dari in Mundo duos Monarchas, quorum alter foret invictissimus, qui nullis plane viribus superari posset; Alter, qui nullo negotio ab alio superari potentiam posset, qui injuriam vel sibi vel suis subditis illatam suis viribus propulsare, & hostiles insultus reprimere idoneus minimè foret. Rectè dicerem de Cive sive subdito fidelissimo Monarcha invictissimi, quod ex manibus eius ab altero Monarcha facile potentiam superabili eripi non possit. Si autem spontè & propriam voluntate ex Regno Monarcha invictissimi se subducatur, & ipsi Regi, cujus insuperabili potentia defendendus erat, se substrahat, is non eripi vel perire ob impotentiam Monarcha invictissimi, sed suam sponte in malam crucem abire, & tanquam nequam subditus profugere diceretur.

Audiamus quid ad haec verba D. Tovfaus reponat: Non queritur an Deus abiciat populum suum, sed an fieri possit, ut qui populus Dei est, propria culpa desinat esse populus Dei; Vel quod idem est, non queritur, num Christi oves, ut sunt & manent oves, pereant in aeternam, sed an fieri possit, ut qui oves Christi erant, desinant esse per peccata mortalia spontè & propriam culpa oves Christi. Dicit D. Tovfaus esse inanem velitationem. Nam si sine gratia Dei (verba ejus sunt) consideretur homo peccatis immersus, id nos concedere ipsimet Remonstrantes agnoscunt, in Declar. sen. Art. 5.

2. Qui propriam culpa (etiam sunt verba Tovfaei) reijcit Deum, illum etiam Deus reijcit. Hos. 4. 6. Sprevistis scientiam, spernam te. Ergo male haec opponuntur. Huc usq; satis obscure Tovfaus. Verum enim verò non est inanis velitatio, sed manifesta in respondendo insufficientia. Cum homo verè fidelis, ut est fidelis, (non sine gratia, sed cum gratia) desinit per peccata lethalia esse verè fidelis & absq; gratia, tunc homo, cui verè donata q; gratia divina erat collata desinit esse verè gratiam divinam donatus, evomendo propria voluntate dona, quibus ante DEUS ipsum ex gratia per verbum suum & Sacramenta donaverat. Tu autem & reliqui Calviniani docetis, quod qui semel jam gratiam fidem justificantem est consecutus nunquam

quam amplius, dum etiam Deum gravissimè offendit, peccata mortalia & facinora enormia patrat (qualia sūt adulterium, Idololatria & id gēus alia) adoptionis gratiā vel justificationis statu excidat, vel excidere possit. Quod idem est ac si diceretur, homo cum desinit esse per mortem homo, non potest per mortem illam vitam, quam ante mortem habuit, amittere.

2. Falsum D. Toufaeus supponit hoc: DEUS gratiam diuinam subtrahit ante peccata mortalia commissa. At DEUS subtrahit gratiam hominibus non nisi cum eadem abutuntur & pedibus enculcant. Ubi peccatū mortale non praecessit, ibi nec gratia subtrahit dici potest. DEUS autem pro sua iustitiā, enormia scelera patrantibus, gratiam, quam eis, ante eorum largitus, merito subtrahit, ceu ipse, hac in parte D. Toufaeus, quantum ad hoc bene dicit: Qui propria culpa, reijcit DEUM, illum etiam DEUS reijcit Hos. 4. 6. Spreuisti scientiam spernam te. In hoc autem male doces, dum dicit, Cui Deus semel gratiam diuinam & fidem iustificantem concessit, ille gratiam à Deo semel datam per peccata enormia perdere non potest, neq; adoptionis gratiā excidere. At cui Deus gratiam datam subtrahit, nonne is eandem amittit? Ad reliqua veritati diuina contraria, quae à D. Toufaeo dicuntur in statu controversiae est satis (ut puto) responsum.

Ceterum quòd in Armenianis Christi est approbatur, quod autem ipsarum est, improbatur. D. Toufaeum stoliditatis arguere nolumus, cuius is, viros insigniter eruditos insimulare non erubuit, qui tamen potiori id iure, in sui comparatione, si modestia permitteret obijcere, & eorum mentem ut melius percipere discat, monere possent. Hanc Libertatem vel potius licentiam in tam iuuenili (ut accepimus) pectore, non parum demiramur.

Obiectio 2. Omnes Electi Deo placent. Quidam mortaliter peccantes sunt Electi. E. Quidam mortaliter peccantes Deo placent. R. Elenchus à dicto secundum quid, additum simpliciter committitur. Omnes Electi secundum quod & per quod sunt Electi, Deo placeant. E. etiam quidam mortaliter peccantes secundum quod & per quod sunt Electi, Deo placent. Sunt autem homines à DEO electi, non secundum fidem presentem, non secundum incredulitatem vel contumaciam in presenti, sed secundum perseverantiam fidei usq; in finem. Quocirca Electi mortaliter peccantes, ratione presentis incredulitatis, vel

D

etiam

etiam malitia in totum displicent Deo, placent ratione fidei futura. Alij di-
 stinguunt inter gratiam Electionis, & gratiam Sanctificationis. Quae di-
 stinctio ad nostram datam responsionem redit. Electi totaliter (verba D.
 Meisneri sunt) excidunt gratiã sanctificationis, dum mortaliter peccant;
 non autem excidunt gratiã prædestinationis, quia manent scripti in libro
 vitæ per futuram fidem, quamvis nunc ob præsentem incredulitatem Deo
 per omnia displiceant. *Tantum Meisnerus.*

Electi proinde lethaliter peccantes non debent judicari ut DEO pla-
 cent, secundum præsentem incredulitatem, sed secundum infallibilem fidem
 ad vitæ terminum, continuatã prævisionem. Stant enim & stabunt promissio-
 nes Christi (Matth. 16, & alibi) de Ecclesia Electorum firma & immota.
 Electorum Ecclesia incolumis & salva perdurat, nec à portis inferorum supe-
 ratur, h. e. ab hæresibus vitis & persecutionibus non euertitur nec euertetur
 unquam quandoquidem supra petram (qua est Christus 1. Cor. 3.) est adifi-
 cata. Hæc, Ecclesia Electorum infallibilitas, & mansio in petra non depen-
 det ab absoluta quadam diuina promissione, quã DEUS sine ulla conditione
 sua Ecclesia sese alligavit, sed nititur promissione adstricta ad verbum divi-
 nam fideliter servandum & servatum, nec non in prævisione fidei, quatenus
 ab æterno Deus præscivit, quinam Filium & merita Filii vera fide usq; ad vi-
 tæ finem duraturã amplexuri forent, hos etiam ad æternam vitam prædesti-
 navit.

Obiectio 3. Psal. 37. 24. Cum ceciderit justus, non colli-
 detur, quia Dominus supponit manum suam. R. Per casum
 S. David, aut intelligit casum fortuna, aut casum anima. Si casus fortu-
 nae intelligitur, locus hic Calvinianis nequaquam patrocinatur. Non colli-
 ditur enim justus, cum fortunam novercantem & adversam in mundo expe-
 ritur (Rom. 8. 38.) nec propterea animum à Deo abjicit, aut de Dei provi-
 dentia diffidit, quia Deus in medio earundem eum erigit & consolatur, istas
 nimirum arumnas non fore perpetuas. Aqua multa non poterunt extingue-
 re caritatem Dei (Cani 8. 7.) Si casus anima intelligitur, commodissimè
 is, pro peccato veniali sumitur hoc sensu: Peccatum veniale non actu indu-
 cit æternam damnationem, quia Deus supponit manum suam, nimirum ex
 misericordia non reputat homini ob acquisitam per Christum justitiam, &
 meritum ejus pro peccato, quod tamen secundum justitiam morte æterna pu-
 nire

airè posset. 2. Locus iste intelligi etiam potest de peccato mortali hoc sensu: Electi ut ut quandoq; cadant, committendo peccata enormia, atq; sic etiam gratiâ divinâ excidant, non tamen eapropter ad aeternam damnationem proscribuntur, quia in peccatis istis non perseverant, neq; defectum per casum factum impenitentialiter continuant, quia Deus supponit manum suam, offerendo gratiam suam per verbum, quam vicissim apprehendere possunt, quâ erigantur. Offert autem gratiam non tantum Electis sed & impiis. Totâ siquidem die expendit manum suam ad populum contradicentem. Casus quandoq; temporalem vel vulnera, vel mors vel. n. l. horum sequuntur. Idem fit in casu spirituali.

Obiectio 4. Joh. 4. 14. Quisquis biberit ex aqua, quam ego (Christus) dabo ei, non sitiet in aeternum. Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam aeternam. Argumentum hinc cogi potest tale:

Quicumq; aquam Christi semel biberunt, illi nunquam spiritualiter sitient. Atqui Electi & Renati aquam Christi jam semel biberunt. Ergo nunquam spiritualiter sitient. Uterius: Qui spiritualiter nunquam sitient, illi etiam nunquam amittunt gratiam divinam.

R. Quicumq; aquam Christi semel biberunt, nec illam, quam semel hauserunt, per peccata lethalia evomuerunt, illi nunquam sitient spiritualiter, concedimus homines dum renascuntur, bibere aquam spiritualem, atque tamen ita, ut per peccata contra conscientiam evomant eandem. Comparatio à Christo in colloquio cum muliere Samaritana instituitur inter aquam communem & spiritualem. Communem aquam negat Christus restringere solum in perpetuum, nisi ad tempus, quia consumitur & distribuitur in corporis venas ut aliâ atq; aliâ semper opus sit. Spiritualem vero aquam quantum est ex sese, si non excutiatur, & per peccata lethalia evomatur, in perpetuum abolere solum affirmat. Quemadmodum enim qui fontem perpetuo scaturientem in suis visceribus haberet, is sitire nunquam potest: sic etiam qui bibit aquam spiritualem: Nam ista fit in eo fons aquæ salientis in vitam aeternam, h. e. quantum ex parte sua, nisi fons ille evomatur, nunquam deficit, sed eo usq; hominem recreat, irrigat, fecundat, usq; ad cæl. stem vitam perveniat. Pleriq; autem fontem aquæ salientis excutiunt, dum gratiam

per verbum divinam oblatam respiciunt, pleriq; autem eundem evomunt, dum gratiam semel illis collatam, peccatis contra conscientiam conculcant. Peccatis autem venialibus que committuntur, non plenè advertente ratione & consentiente voluntate (prout in statu controversie fusè dictum) non evomitur fons aqua spiritualis. Justus enim septies (ubi numerus certus ponitur pro incerto) in die cadit, & cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.

Objectio 5. Luc. 22. 32. Ego rogavi pro Te, ut non deficiat fides tua: Et tu aliquando conversus, confirma Fratres tuos.

5. Pro quibus Christus orat, ne ipsorum fides deficiat, illi non possunt amittere fidem, justificationis gratiam, & Spiritum Sanctum. At pro omnibus fidelibus Christus orat. E.

R. *Elenchus à dicto secundum quid ad dictum simpliciter committitur. Pro quibus Christus orat oratione speciali, illi non possunt amittere Spiritum Sanctum & justificationis gratiam, scilicet finaliter, amittere tamen possunt peccando lethaliter, totaliter. Ad probationem respondetur: Christus previdit fore, ut Petrus gravissimè labatur, propterea orat, ne fides eius deficiat, neq; eius defectus vel casus per impœnitentiam ad vitæ finem continetur. Quod Petrus ceciderit, & ad tempus prorsus defecerit, hoc ex sequentibus manifestum est: Et tu conversus aliquando confirma fratres tuos. Conversio supponit lapsum spirituale. Satanas ventilatione sua Petro fidem erat excussurus, & Petrus eam abnegatione sua horrendâ, erat perditurus, quæ in ipso (liceat Johannis Schröderi verba mea facere) per conversionem instauranda erat, & per quam ab exitio aeterno immunis erat futurus: juxta illud Chrysostomi hom. 72. in Johannem: Ego rogavi pro Te, ne deficiat fides tua, scilicet finaliter. Non enim rogavit ut Petrus non caderet, sed in casu non remaneret.*

Instas: Totaliter deficere, est etiam deficere. Christus autem dicit, ne deficeret fides Petri. R. Jam verbis Chrysostomi ad hanc etiam instantiam respondimus. Non rogavit Christus ut Petrus non caderet, atq; sic ad tempus non deficeret, sed ne in casu remaneret, atq; in ista sua defectione perduraret. Quod etiam factum, dum pœnitentiam agendo, gratiam Justificationis

ficationis, quâ suo gravissimo casu & lapsu exciderat, recuperavit. Poenitentia enim est, ut B. Patres loquuntur, post naufragium tabula secunda, per quam nobis semper redditus ad foedus Dei, quod in Baptismo iniimus, & quod ex parte Dei semper, non item ex parte nostra, durat, monstratur.

Poenitentia est illud medium, per quod fidem & gratiam justificationis per naufragium (peccata nimirum mortalia) amissam denuò acquirimus.

2. Scriptura habet hunc modum, ut rei post exiguam moram restauranda, durationem tribuat. Sic de Lazaro morituro à Christo dicebatur: Hac infirmitas (Lazari) non est ad mortem, quia licet moriturus esset, mox tamen à morte erat resuscitandus. Item de Iairi filia. Puella non mortua est, sed dormit: h. e. non nisi dormire visa, quia somnium non longum dormitura erat, & mox eam expergesieri oportebat. Idem de Petri defectione quantum durationem concernit, dici potest.

Instas: Sancti Dei homines cadunt quidem, quandoq; gravissimè, at non exciderunt gratiâ divinâ. R. Quae Sacra Scriptura pro Synonymis habet, ea nos distinguere non debemus. Cadere spiritualiter peccata mortalia committendo & excidere gratiâ divinâ, Scriptura Sacra pro Synonymis habet. Quòd Sancti excidunt gratia divina, in Statu Controversiae & theses confirmatione probatum dedimus.

Obijciunt ex Ose. cap. 2, Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo Te mihi in justitia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus. Et sponsabo Te mihi in fide, & scies quia ego Dominus. Hinc Argumentum cogi potest tale:

Cui Deus se desponsat in æternum, ille non potest avelli à Deo, & ejus gratia excidere.

Atqui cum justo se desponsat Deus. E.

R. Cui DEUS se desponsat in æternum & ille cui se DEUS desponsat, fidelitatem conjugalem spiritualem prestat, nec propriâ suâ voluntate, per adulterium seipsum à sponso avellit, ille etiam gratiâ divina excidere non potest. At cum justo, ut justo hoc modo se DEUS desponsavit. E. justus quâ justus, ut fidelitatem conjugalem spiritualem prestat, nec seipsum suâ sponte per adulterium avellit, non potest excidere gratiâ divinâ. Et sic conceditur limitatâ hoc modo majore, totum Argumentum. Sic Maritus indissolubili vinculo,

culo, uxorem tanquam perpetuò castam, ad mortem sibi conjunxit. Evenire tamen solet, ut vinculum illud per adulterium quandoq; ante mortem, quod tamen ad mortem solvi non debebat, solvatur. Ad probationem respondetur, quod dictum illud intelligi debeat de justo quâ tali, & Ecclesia innisibi-
i, qua nunquam errare potest.

Ad dicta quæ adducuntur (Psal. 1. 3. Psal. 111. 1. Joh. 3. 9. 10. Matth. 24. 24. & alia) ex statu Controuersia satis superq; satis fieri potest, & jam satis factum est.

Objc. ex 1. Joh, 2. 19. Si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. E. Qui semel facti sunt fideles in suâ fidelitate semper permanent, nec gratiâ diuinâ excidere possunt.

R. Negatur Consequentia, in Antecedenti non dicitur quod Renati non perdant vel perdere possint Spiritum S. vel etiam gratiâ diuinâ non excidere queant, sed potius, quod à fide (quatenus ea sumitur pro externa fidei professione & religione) quodam modo deficere non possint. Verba allegata non simpliciter debere intelligi experientia pene quotidiana non absq; piorum gemitu docet. Sensus proinde Verborum hic est: Si tales forent, quales nos Apostoli sumus, quales illi ab alijs videri volunt, nimirum Prophetar, Apostolorum Collegar, Prophetico & Apostolico Spiritu pradiis, si doctrina Evangelica cultores veri & verè fideles fuissent, nec non doctrinam, quam à nobis vivâ acceperunt voce, per quam etiam multi sunt conuersi reapse non ut illi gloriantur, etiam num retinerent, permansissent nobiscum, doctrinam nimirum, quam amplexi sunt non impugnarent. Quia ergo veritatem diuinam, quam se à nobis accepisse gloriantur, impugnant, & apertos hostes doctrinae ejus demonstrant, manifestum est, eos non tales amplius esse, quales se profitentur, & vanâ jaçtantiâ gloriantur. Si Veram doctrinam adhuc à nobis acceptam retinerent, quo bono nos & nostram doctrinam propter quam vivâ vera Ecclesia membra se vanè jaçtant, impugnant? Qui vere fidelis est, is permanet nobiscum, nec veram doctrinam Evangelicam hostiliter impugnat. Si egressi sunt ex nobis, dum doctrinam Evangelicam oppugnant, manifestum fit, non omnes esse ex nobis nec amplius permanere in doctrina quam vel vivâ voce vel per Scripturam tradidimus. Sic etiam dicimus, qui habet fidem justificantem & gratiam diuinam, ejus actus continuus, quam diu habet quis-
piam

piam justificationis gratiam, non interruptitur, actu eundem & opere denegat, quandoquidem fides absq; factis est mortua, & peccata mortalia nos separant à DEO, adeò ut DEUS nos orantes nolit, quamdiu in ejusmodi sceleribus permanemus, exaudire. Dum verò poenitentiam de peccatis nostris agimus, justus DEUS est, qui nos in gratiam suam recipiat, & bonis qua postulamus, indies coronet.

2. Si absolutè nullus à fide potest deficere, quid opus foret tam seriâ admonitione versu 24. 28. Quorsum comminatio v. 28. Loquitur proinde Apostolus non simpliciter de quibusvis credentibus, sed de Doctoribus quos Antichristos & Pseudopphetas appellat.

Obj. ex Rom. II, 29. Vocatio DEI & dona DEI sunt ἀμετάμελητα, E. Dona Deus semel concessa, non aufert.

R. Deus donis semel concessis nos non privat, sed ipsi privamus nos iisdem flagitijs enormibus, Deus suo lumine quemq; per verbum illuminare vult, si homines ipsi obicem per peccata, ut lumen ingrediatur, non ponant. Non poenitet DEUM (Verba Doct. Meisn. sunt) dedisse (dona) nos autem poenitentat perdidisse. Sunt ἀμετάμελητα per se & ex parte DEI: (quia DEUS est immutabilis) sunt poenitentia digna per accidens, & ex parte nostri, qui malitiosè contemnimus & contemnendo negligimus, Deum sine poenitentia & impijs subinde gratiam effert, modò illi acceptent. Incredulitas quippe hominum fidem Dei non evacuat. 2. Voluntas Dei vel consideratur in se, & ex parte Dei vel ex parte nostri, quâ nihil aliud est quam effectus voluntatis divine. Priori modo voluntas divina semper est immutabilis, nullo quippe casu mutari potest: posteriori verò modo non item. DEUS enim ut vult dona sua dare & vocare, ita etiam immutabilis est ejus Voluntas, seu potius effectus voluntatis ejus. Si absolute velit, (liceat mihi cujusdam Doctoris verba mea facere) sine restrictione erit immutabilis: si cum conditione velit, nò absolute sed tantum ex parte Dei est immutabilis, licet impediatur ex parte hominis conditionem non implentis: Ideo causa mutationis est qualitas objecti vel defectus conditionis in hominibus. Nihil absurdi est voluntatem quandoq; divinam absolute non compleri. Neq; enim ipse in quibusdam eam hoc modo compleri vult, nisi cum ordine & ratione habitâ modî conditionumq; quas ipse statuit. DEUS dona nobis concessa auferre atq; sic iisdem nos præ-

nos privare dicitur, cum iisdem ipsi nos privamus; quia DEUS non alio fine nobis eadem concessit, quam ut in justitia & sanctitate eadem possideremus, dum verò eum hac in parte frustramur, nosmet ipsos justitiâ & sanctitate per peccata privamus, atq; sic Deus nobis sua dona etiam auferre dicitur.

Obj. ex c. Rom. 8. v: 30. Quos Deus prædestinavit, illos & justificavit, & quos justificavit, illos glorificavit. E. Sancti non possunt excidere gratiâ divinâ vel justificationis statu.

R. Antecedens, quia ex Scriptura Sacra est desumpta, non etiam contra nostram sententiam facit, conceditur. Consequentia negatur. Sensus genuinus dicti hic est: Quos prædestinavit scilicet ab aeterno, hos & vocavit cum fructu & effectu in tempore. Huic vocationi (ut loquitur D. Gerb) conjunctus est hominis vocati assensus & obedientia, extra quam vocationem alia est qua propter contumaciam & inobedientiam hominum finem & effectum non assequitur. Quos Vocavit hoc modo ut dictum, hos & justificavit. Quos justificavit, hos & glorificavit, scilicet perseverantes in justitia. Supponit enim Apostolus omnia quæ n. Antecedentibus dixerat, scilicet justificatos non ambulare secundum carnem, sed secundum Spiritum, sic sanè perseverantes tandem & glorificat.

Objectio. Rom. 8. 38. 39. Nam mihi persuasum est, neque mortem, neq; vitam posse nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Jesu.

R. Quòd istud dictum ex Scriptura Sacra sit desumptum, & quidem ex Epistola ad Romanos Doctori Toufæo concedimus. Quòd ex isto dicto per legitimam & evidentem consequentiam elici queat hoc: Verè fideles & Sanctos dum Spiritum Sanctum contristant, reatu mortis tenentur, conscientiam ledunt gravissimè, ac fidei ordinarium cursum tum interrumpunt, cum eius sensu (verba hæc D. Toufæi sunt) ad tempus carent; adoptionis gratia & justificationis statu non excidere, fidem justificantem non amittere, hoc pernegamus. 2. Toufæus in hoc errat, quòd Sanctos sive Renatos & Electos pro Synonymis habeat. Dari discrimen inter Sanctos & Electos in statu controversia est probatum. Non enim omnes Sancti & Renati sunt Electi, nec omnes Electi semper & omni tempore sunt Sancti & Renati. Quis enim
Da.

Davidem Electum, dum adulterium & homicidium patraret, illo tempore di-
 talia ageret, verè Sanctum & sancta Deo opera prestare, dicat: 3. Dictum
 Pauli hoc modo intelligi potest: Sancti non possunt, neq; per mortem, neq; per
 vitam tanquam validioribus Dominis & Monarchis a dilectione Dei, quæ
 est in Christo Jesu separari, possunt tamen seipsos separare à potentissimo Mo-
 narcha & à dilectione illa speciali & totaliter & finaliter per peccata morta-
 lia, si in peccatis talibus perduraverint, ita tamen ut non amplius sint Sancti
 sed desinant ob ejusmodi peccata esse Sancti. 4. Sancti ut sunt & manent
 Sancti, nec non perseverant in justitia, non possunt separari a dilectione Dei,
 neq; per mortem, neq; per vitam, imò nec seipsos possunt separare a dilectione
 Dei, prout sunt & manent Sancti, & in dilectione Dei. Propter Christum
 & propter dilectionem DEI, qui nos in Christo Jesu dilexit, omnes arumnas,
 quæ nos in hoc mundo exercent omnes Tyrannorum persecutiones superamus.
 Sensus dicti hic est: Quicumq; perseverat in iustitia, & dilectione DEI singu-
 lari, ex hujus dilectionis consideratione (liceat mihi cujusdam Doctoris verba
 mea facere) quisq; certu & firmissimè persuasus esse potest, quod nihil in Ce-
 lo aut in terra, aut loco intermedio, non vita non mors, omnia nimirum ex-
 trema, tam aduersa quam prospera; non Angeli, boni & mali Spiritus; non
 principatus & potestates, imperia scilicet, regna & Tyrannis uniuersi mundi;
 Non instantia & futura, h. e. omnes eventus intermedij; non sublimitas aut
 profunditas, h. e. Elementa omnia superna & inferna; nec alia Creatura,
 h. e. res ulla creata, in toto uniuerso, seu quicquid præter & extra Deum est,
 nos separare possit, a dilectione DEI, quæ nos in Christo complectitur. 5. Electi
 neq; per mortem, neq; per vitam possunt a dilectione Dei quæ est in Christo Je-
 su separari, neq; se ipsos separant finaliter scilicet, bene tamen possunt se ipsos
 separare totaliter, hoc est ad tempus ob peccata mortalia. Quia non manent
 dum peccant contra conscientiam in dilectione illa speciali. Non enim dili-
 gunt tum Deum Electi cum peccant lethaliter, prout in statu controversiæ pro-
 batur. Per hoc scimus (inquit Scriptura sacra) quod cognovimus eum,
 si iussa illius observamus. Et alibi: Si quis diligit me sermonem meum ser-
 uabit. Electi dum peccant enormiter non servant sermonem Dei. Ergo
 Electi dum peccant enormiter non diligunt Deum. Coeterum quia Electi
 non perseverant in peccatis mortalibus, sed agunt poenitentiam de peccatis
 suis, redeunt denuò ad gratiam divinam & dilectionem Dei specialem.

E

Ele

Electio enim facta est secundum perseverantiam fidei usq; ad vita terminum.
 Quod Electi non possint à dilectione Dei separari finaliter ultro Calvinianis
 largimur. Idq; ipsi probamus Matth. 16. v. 18. Portæ inferorum adversus
 Ecclesiam non prævalebunt, Matth. 24. Excitabuntur Pseudo-Christi
 & Pseudo-Prophetæ, & edent signa magna & mirabilia, ita ut seducant,
 si fieri posset, etiam Electos.

Quid autem reponit D. Toufaus ad Sluteri responsionem? Addamus
 (inquit ille) & Lutheranos ne quid desit. Quid audio? Unicum illic Slute-
 rum citat & inquit, addamus & Lutheranos, ne quid desit. Sed ulterius D.
 Toufaum audiamus: Sluterus in maledicta sua (verba illius sunt) Anti-the-
 p. 408. hac inquit, & similia testimonia non absolute sed conditionaliter sunt
 intelligenda, si nimirum diligamus Deum, & mandata eius servemus. R. 1.
 Paulus dicit nihil esse quod se separet à dilectione Dei, Sluterus dicit, nempe
 si diligamus Deum. Quanto hac melior Bellarmini interpretatione! R. 2.
 Homo stolidus! quis unquam dixit tales perseverare, qui Deum diligunt? vi-
 detis hunc stuporem! & tamen tam superbe ingeminat suum Respondeo, cum
 alienas responsiones descripserit. Resp. 3. Ille qui conditionem dilectionis præ-
 scripsit, efficiet ad finem usq; pro benevolo affectu sua voluntatis, Phil. 2. v. 13.
 Et sic per Dei gratiam de hoc loco satis. Hac ille.

Heus bone vir, bona verba! Si culpare velis culpabilis esse cavebis.
 Eccur Sluterus stolidus? An quia D. Toufaus ipsius & Nostratum mentem
 non intelligit? Si non intelligit, cur refutat & Andabatarum more pugnat?
 An propterea Sluterus stolidus, quia D. Toufaus seipsum non intelligat, &
 obscure animi sensa proponat. Qualem absurditatem redolet hoc responsum?
 Sanctos & Renatos non posse separari à dilectione Dei, non quidem absolute,
 b. e. quâ Sanctos & quamdiu manent Sancti & in dilectione Dei, sed condi-
 tionaliter, si nimirum peccent lethaliter. Hac est mens Nostratum & Slu-
 teri. Nullum proinde absurdum ex verbis istis colligit ille, qui cerebrum in
 calcaneo non gerit, & mentem Nostratum benè intelligit, prout quemq; in-
 telligere oportet, qui refutare contendit. Idem Scriptura Sacra docet Esa:
 59. 2. Iniquitates vestrae determinant inter vos & Deum vestrum, & pec-
 cata vestra faciunt, ut occultet faciem à vobis, ne exaudiat. En audis, mi
 Toufee, Esaiam expresse loquentem peccata nostra sive iniquitates nostras
 separare nos à Deo. Quid aliud Nostrates & Sluterum docet?

Ad 1. Exceptionem D. Toufei respondeatur: Paulus ait de dilectione
 non qua;

non quavis, sed specialis, qua requirit, ut Sancti quos Deus dilectione praevenit, Deum vicissim diligant. Dilectio enim Dei est duplex: Generalis & Specialis. Generalis, qua Deus omnes & singulos homines, dum adhuc inimici essemus, diligendo praevenit, nec nostra dilectio, dilectionis qua ipse nos prosequitur, causa est, sed contra potius in hoc enim est caritas, non quod nos Deum dilexerimus, sed quod ipse dilexerit nos. Cum autem (liceat cuiusdam Doctoris verba mea facere) dilecti vicissim diligimus, tum nostra dilectione auctiori dilectioni aut potius insignioribus divina dilectionis erga nos edendis argumentis sive signis occasionem & ansam praebemus. Deus diligit Sanctos, dilectione ista specialis, nec possunt separari ab ipsa, nec seipsos separant, quamdiu sunt & manent Sancti, atque in dilectione Dei. Dum enim Sancti prius a Deo dilecti, vicissim Deum diligunt, ansam Deo dant, ut Deus eos magis diligat, & insignioribus donis ornet. Et haec est dilectio specialis.

Ad 2. Si nullus Reformatorum docuit, tales qui Deum non diligunt, perseverare in sanctitate, non debuit D. Tovfaus Sluterum propterea stoliditatis arguere, sed eum talia proferre, qua ignorant Elenchum. Deinde ipse D. Tovfaus licet non verbis apertis, per bonam tamen & evidentem consequentiam deductis docet; verè Fideles perseverare in adoptionis gratia, qui Deum non diligunt. Docet enim apertis verbis verè Fideles, ut ut enormiter peccent, conscientiam ledant gravissimè, nunquam tamen eos, adoptionis gratia vel justificationis statu excidere posse.

Quicumque peccant enormiter, conscientiam ledunt gravissimè, illi Deum non diligunt. Atqui juxta Tovfaum, verè Fideles, qui justificationis statu & adoptionis gratia excidere non possunt, peccant quandoque enormiter, conscientiam ledunt gravissimè, Spiritum S. contristant. E. juxta Tovfaum verè Fideles, qui justificationis statu & adoptionis gratia excidere non possunt Deum non diligunt, dum peccant enormiter. Major est Scriptura Sacra Job. 14. 1 Epist. Job. 2. Minor est Tovfai, qui conceptis verbis hoc docet. Conclusionem applicet is quem tangit.

Quicumque diligit Deum, is sermonem eius servat, nec peccat enormiter vel contra conscientiam. Atqui verè Fideles, quamdiu sunt & manent verè fideles sensu Scripturae Sacrae, non D. Tovfai, diligunt Deum. E. verè fideles sensu Scripturae Sacrae, non sensu Tovfai, sermonem Dei servant, nec peccant enormiter vel contra conscientiam. Major probatur Job. 14. Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Servare verò sermonem DEI & peccare

Et peccare enormiter contra conscientiam, sunt contraria. Minor est manifesta, quam ipse D. Tovfaus non negat.

1 Joh. 2. Per hoc scimus, quod cognovimus eum, si jussa illius observamus. Qui dicit novit eum, & precepta eius non servat, mendax est, & in eo veritas non est. Quicumque jussa Dei non observat, is Deum nec cognoscit practice nec eum diligit. (Quomodo enim eum diligere, quem non novimus, possumus.) At qui David dum adulterium commisit, Salamon dum Idolis litavit, qui tamen juxta Tovfaum perseverarunt in illo etiam casu, in adoptionis gratia & justificationis statu, jussa Dei non observarunt. E. David dum adulterium commisit, Salamon dum Idolis litavit, qui tamen juxta Tovfaum perseverarunt in adoptionis gratia, non cognoverunt Deum practice, nec eum dilexerunt. Major est Scriptura Sacra. Minor Tovfai S. S. Ex his, mi Tovfae, judica uter stoliditatis insimulandus. A me longè abesse volo, ut quempiam talium arguam, qui vel qualemcumque notitiam in humanioribus artibus imbibit. Sed de his fusiùs in statu controversa actam Minutiora examinare nolui. Num bona definitio Perseverantiae sit in Disputatione D. Tovfai, & num si duplex actus unius formae statuatur, duplex propterea forma introducatur &c. data operâ praeerij.

Ad 3. R. Initium medium & finem nostra salutis in solidum & ratione mediorum & ratione efficientia (liceat cum Philosophis sic loqui) DEO adscribimus. Salvat autem nos non absolute, sed conditionate secundum ordinem, quem Deus ipse praescripsit. Tantum hac vice pro virium tenuitate.

Oramus Te DEVS Omnipotens, qui nos ad aeterno dilexisti, ex hac dilectione singulari Filium tuum unigenitum in hunc mundum misisti, qui nostri bono nasceretur, & tandem mortem omnium ignominiosissimam subiret, ut bonum opus, quod in fidelibus incepisti operari, perficias, confirmes & consolides, ut singulis temporum momentis ex corde dicere queamus,

SOLI DEO GLORIA.

Non nobis Domine, sed Nomini Tuo da gloriam,

Amen, Amen.

Lang. VI. 5 1

ULB Halle 3
003 730 670




f

TA → d
neu 14 27 Stück verbleibt

Rino
V377







18.
16

Deo.
Dissertatio

RANTIA
INTERCISA
ETHALIA, OB
e justificante, & Ju-
xciunt, totali-
inaliter.

is adspirante gratia

ESIDIO

HORVATH
ien. Rectoris

onabitur.

GURINI
nasi ejusdem
us.

boris antemeridianis.

720

B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Inches
Centimetres